πολεμοῦν δι' ὀργῆς ἔχῃ, μήτε τὸ [p] σῶζον αὐτὸν δι' εὐνοίας. πατρίδα δὲ ἡγοῦμαι οὐ τὴν ἀπαρνησαμένην με πόλιν, ἀλλ' ἧς ἀλλότριος ὢν, πολίτης γέγονα· γῆν τε, οὐκ ἐν ᾗ ἠδίκημαι, φίλην, ἀλλ' ἐν ᾗ τὸ ἀσφαλὲς ἔχω. καὶ ἂν θεός τε συλλαμβάνῃ, καὶ τὰ [q] ὑμέτερα, ὡς εἰκὸς, πρόθυμα ᾖ, μεγάλην καὶ ταχεῖαν ἐλπίζω γενήσεσθαι μεταβολήν. εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι πολλῶν ἤδη [r] πολεμίων πειραθέντες Ῥωμαῖοι, οὐθένας μᾶλλον ἔδεισαν ὑμῶν, οὐδ' ἐστὶν, ἐφ' ᾧ μᾶλλον σπουδάζοντες διατελοῦσιν, ἢ ὅπως τὸ ὑμέτερον ἔθνος ἀσθενὲς ἀποδείξωσι. καὶ διὰ τοῦτο τὰς μὲν πολέμῳ λαβόντες [s] ὑμῶν ἔχουσι πόλεις, τὰς δὲ φιλίας ἐλπίδι παρακρουσάμενοι, ἵνα μὴ καθ' ἕνα πάντες γενόμενοι, κοινὸν ἐξενέγκητε κατ' αὐτῶν πόλεμον. ἐὰν οὖν τἀναντία ὑμεῖς ἀντιφιλοτιμούμενοι διατελῆτε, καὶ

Per. Iul. bus eſt inſenſus, nec ſuae ſalutis auctores beneuolentia proſequi-
4227. tur. Patriam vero exiſtimo, non eam ciuitatem, quae me in ci-
Ante Chr. 487. vem abnegauit, ſed eam, a qua ciuis ſum factus, licet ſim peregri-
Olymp. nus; et regionem amicam puto, non eam, in qua affectus ſum in-
73 ½. iuria, ſed in qua tuto manere poſſum. Et ſi deus nos iuuerit, et vos
Cat. (vt par eſt) alacriter operam nauaueritis, ſpero, breui magnam
V.C. 265. fore mutationem. Illud enim probe ſcitis, populo Romano
Var. iam multis bellis exercito nullum hoſtem magis metuendum
267. eſſe, quam vos, nec eum in vllam aliam rem maiore ſtudio ſem-
per incumbere, quam vt veſtrae gentis vires debilitet. et pro-
pterea veſtras vrbes, partim bello captas, partim amicitiae ſpe
acceptas, tenere; ne omnes coniunctis copiis commune bellum
ipſi inferatis. Si igitur vos quoque viciſſim perpetuo illi obni-
tamini,

p Σῶζον αὐτὸν *Vat.* Quamquam Hudſonus e Vaticano hanc lectionem, quae item in vulgatis cernitur, retulit, neceſſe tamen eſt, ibi aliam a vulgata diuerſam fuiſſe; quae qualis fuerit, opinatu difficile eſt aſſequi, niſi ſi pro αὐτὸν ibi fuerit ſimplex αὖ.

q Haud ita recte ἡμέτερα in *Ed. Steph.*

r Πολέμων] Conuenientius fortaſſe πολεμίων. *Sylb.*

s Ὑμῶν ἀποδείξουσι πόλεις *Vat.* quo modo in *Lapi Cod.* nam vertit: *bello captas veſtras oſtentant vrbes.*

t Λυπηρὰ]

μίαν ἅπαντες ἔχητε τοῦ πολέμου γνώμην, ὃ ποιεῖτε νῦν, ῥαδίως αὐτῶν τὸ κράτος παύσετε.„

„Ὃν δὲ τρόπον ἀγωνιεῖσθε, καὶ πῶς χρήσεσθε VIII. τοῖς πράγμασιν, ἐπειδὴ γνώμην ἀξιοῦτέ με ἀποφήνασθαι, εἴτ' ἐμπειρίαν μοι μαρτυροῦντες, εἴτ' εὔνοιαν, εἴτε καὶ ἀμφότερα, φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. πρῶτον μὲν οὖν ὑμῖν παραινῶ σκοπεῖν, ὅπως εὐσεβῆ καὶ δικαίαν ποιήσησθε τοῦ πολέμου πρόφασιν. εὐσεβὴς δὲ καὶ δικαία τοῦ πολέμου πρόφασις ἥτις ἂν γένοιτο, καὶ ἅμα συμφέρουσα ὑμῖν, ἀκούσατέ μου. Ῥωμαίοις ἡ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρξασα γῆ βραχεῖά ἐστι καὶ [t] λυπρά· ἡ δ' ἐπίκτητος, ἣν τοὺς περιοίκους [u] ἀφελόμενοι, πολλὴ καὶ ἀγαθή· καὶ εἰ τῶν [x] ἠδικημένων ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἀξιοῖ λαβεῖν, οὐδὲν οὕτω μικρὸν, οὐδ' ἀσθενὲς, οὐδ' ἄπορον, ὡς τὸ Ῥωμαίων ἄστυ γενήσεται. τοῦτο δ' οἴομαι δεῖν ὑμᾶς ἄρξαι.

tamini, et in bellum omnes consentiatis, quod iam facitis, fa- *Per. Iul.*
cile eius potentiam euertetis.„ 4227.

„Quoniam autem de modo et ratione belli gerendi vultis *Ante*
me meam sententiam aperire, siue hoc meae peritiae, siue bene- *Chr.* 487.
volentiae, siue etiam vtriusque est testimonium, dicam, et ni- *Olymp.*
hil vos celabo. Primum igitur sum vobis auctor, vt detis ope- 73 1/2.
ram, vt piam et iustam belli causam quaeratis. Quaenam autem *Cat.*
et pia et iusta et simul e re vestra sit futura, ex me audite. Ager, 265.
quem populus Romanus principio habebat, est exiguus et ste- *V.C. Var.*
rilis: sed quem armis sibi quaesiuit et finitimis ademit, est et 267.
amplus et fertilis: et si vnusquisque populus partem suam, sibi per vim contra ius et fas ereptam, velit *repetere ac* recipere, nihil erit tam paruum, tam debile, tam egenum, quam respublica Romana. Hinc igitur nobis initium ducendum arbitror. Mittite

t Λυπηρὰ] Aptius legemus λυπρὰ, vt supra p. 45. v. 4. *Sylb.* Idem placuit *Porto*, quod λυπρόγεως et τὸ λυπρόγεων sit *terra sterilis*. Expresse in *Cod. Vat.* λυπρά.

u Post ἀφελόμενοι deest κατέχουσι, καρποῦνται, vel aliud verbum simile. *Sylb.* Forsan ἀφείλοντο reponendum; nam *Dionysius* paullo post dicit, καὶ εἴ τι ἄλλο σφετερισάμενοι ἔχουσι. *Port.*

x Ἠδικημένων ἕκαστοι τὴν ἑαυτοῦ ἀξιοῖεν ἀπολαβεῖν *Vat.*

πέμπετε οὖν πρέσβεις ὡς αὐτοὺς, ἀπαιτοῦντες ἃς κατέχουσιν ὑμῶν πόλεις, καὶ ὅσα τείχη ἐν τῇ ὑμετέρᾳ γῇ ἐνετειχίσαντο, ἀξιοῦντες ἐκλιπεῖν, καὶ εἴ τι ἄλλο βίᾳ σφετερισάμενοι τῶν ὑμετέρων ἔχουσι, πείθοντες ἀποδιδόναι. πολέμου δὲ μήπω ἄρχετε, πρὶν ἢ λαβεῖν τὰς παρ' αὐτῶν ἀποκρίσεις. ἐὰν γὰρ ταῦτα ποιήσητε, δυοῖν, ὧν βούλεσθε, ὑπάρξει θάτερον ὑμῖν· ἢ τὰ ἑαυτῶν ἀπολήψεσθε ἄνευ κινδύνων καὶ δαπάνης, ἢ καλὴν καὶ δικαίαν πρόφασιν εἰληφότες ἔσεσθε τοῦ πολέμου. τὸ γὰρ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντας τούτου πολεμεῖν, [y] ἅπαντες ἂν ὁμολογήσουσιν εἶναι καλόν. φέρε δὴ, τί ποιήσειν οἴεσθε Ῥωμαίους, ταῦτα ὑμῶν προελομένων; πότερον ἀποδώσειν τὰ χωρία ὑμῖν; καὶ τί κωλύσει πάντων αὐτοὺς ἀποστῆναι τῶν ἀλλοτρίων; ἥξουσι γὰρ Αἰκανοί τε καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Τυῤῥηνοὶ, καὶ πολλοὶ ἄλλοι, [z] τὴν ἑαυτῶν ἕκαστοι γῆν ἀποληψόμενοι. ἢ καθέξειν τὰ

Per. Iul. 4227. *Ante Chr.* 487. *Olymp.* 73 ½. *Cat.* 265. *V.C. Var.* 267.

Mittite igitur legatos ad populum Romanum, qui repetant vestras vrbes, quas occupat, et qui postulent, vt ex munitionibus omnibus, quas in nostro agro muniuit, excedat: et suadeant, vt, si quid aliud de vestro per vim vsurparit, id vobis reddat. Nec prius ipsi bellum inferatis, quam responsum ab eo acceperitis. Si enim haec feceritis, alterutrum eorum, quae vultis, consequemini: aut res vestras sine periculo et sumtu recipietis, aut praeclaram et iustam belli causam habebitis. Nam quum quis res alienas non appetit, sed suas tantum reposcit, et passus repulsam armis ius suum persequitur, hoc omnium confessione honestum est. Eia igitur, quid putatis Romanos facturos, si vos haec petere volueritis? vtrum vestrum agrum reddituros? et quid vetabit, quo minus rebus alienis cedant? Venient enim Aequi, Albani, Hetrusci, et multi alii, vt agrum suum recuperent. An retenturos

y Omnino legendum ἅπαντες ἀνομολογήσουσιν εἶναι καλόν: praesertim cum particula ἂν locum hic non habeat. *Steph.*

z Plenius in *Cod. Vat.* τὴν ἑαυτῶν ἕκαστοι γῆν etc. vulgo deest v. ἕκαστοι.

Πολε-

χωρία, καὶ μηθὲν τῶν δικαίων ποιήσειν; ὅπερ ἐγὼ νομίζω. οὐκοῦν ἀδικεῖσθαι πρότεροι λέγοντες ὑπ' αὐτῶν, κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἐπὶ τὰ ὅπλα χωρήσετε, καὶ συμμάχους ἕξετε, ὅσοι τὰ ἑαυτῶν ἀφαιρεθέντες, ἀπεγνώκασιν ἄλλως ἂν ἔτι αὐτὰ, ἢ [a] πολεμοῦντες, ἀπολήψεσθαι. κράτιστος δὲ ὁ καιρὸς, καὶ οἷος οὐχ ἕτερος ἐπιθέσθαι Ῥωμαίοις, ὃν ἡ τύχη τοῖς ἀδικουμένοις οὐδ' ἂν ἐλπισθέντα παρεσκεύασεν, ἐν ᾧ στασιάζουσι, καὶ ὑποπτεύουσιν ἀλλήλους, καὶ ἡγεμόνας ἔχουσιν ἀπείρους πολέμου. ἃ μὲν οὖν ὑποτίθεσθαι ἔδει λόγοις, καὶ [b] παραινεῖν φίλοις, μετὰ πάσης εὐνοίας καὶ πίστεως εἰρημένα ὑπ' ἐμοῦ, ταῦτά ἐστιν. ἃ δὲ [c] παρ' αὐτὰ τὰ ἔργα ἑκάστοτε προορᾶσθαί τε καὶ μηχανᾶσθαι δεήσει, τοῖς ἡγεμόσι τῆς δυνάμεως [d] ἐπιτρέψετε διανοεῖσθαι. [e] πρόθυμον γὰρ τοὐμὸν ἔσται, ἐν

turos loca occupata, et nihil, quod ſit iuſtum, facturos? *Per. Iul.*
Ego certe ita opinor. Ergo vos iniuria ab illis laceſſi- 4227.
tos teſtati, arma ipſa neceſſitate coacti capietis, et ſocios habe- *Ante Chr.* 487.
bitis omnes, quotquot rebus ſuis ſpoliati ſe eas aliter, quam ar- *Olymp.*
mis, recuperare poſſe deſperarunt. Haec autem occaſio eſt per- 73 ½.
opportuna, et qualis nulla alia ſe vobis poſthac offeret, ad Ro- *Cat.*
manos inuadendum, quam ne ſperatam quidem fortuna vobis *V.C.* 265.
iniuriam paſſis obtulit, dum illi ſeditione laborant, et ſibi inui- *Var.*
cem ſunt ſuſpecti, duceſque militiae imperitos habent. Haec 267.
igitur ſunt, de quibus amicos ſumma beneuolentia ac fide monendos, et quae illis ſuadenda verbis putaui. Quae vero et conſilio prouidenda et arte excogitanda erunt, ea copiarum imperatoribus cogitanda permittetis. Ego enim, quemcunque locum

a Πολεμοῦντες οὐκ ἀπολήψεσθαι *Vat.*

b Rectius in *Cod. Vat.* παραινεῖν φίλοις. quod et Graecae linguae conſuetudinem poſtulare notavit *Steph.* nam vulg. dant φίλους.

c Ἃ δὲ τὰ ἔργα] Forſan legendum τῷ ἔργῳ, vt praecedit ὑποτίθεσθαι λόγοις. *Sylb.* Vel τῷ ἔργῳ, vel τοῖς ἔργοις, ſcriptum fuiſſe conſtat. *Steph.* Τὰ δὲ ἔργα ἃ ἑκάστοτε malit *Port.* Optime in *Cod. Vat.* ἃ δὲ παρ' αὐτὰ τὰ ἔργα, quod forſan in ſuo codice habuit *Lapus:* nam vertit: *quae vero ad opera ipſa* etc.

d Male ἐπιτρέψαιτε in *Ed. Steph.* Ἐπιτρέψατε *Vat.* atque in *Lapi* verſione, *permittite.*

e Melius in *Cod. Vat.* πρόθυμον γὰρ καὶ τοὐμόν.

ᾧ ἂν με τάττητε τόπῳ, καὶ πειράσομαι μηδενὸς εἶναι χείρων, μήτε στρατιώτου, μήτε λοχαγοῦ, μήτε ἡγεμόνος· [f] ἀλλὰ καταχρῆσθέ μοι λαβόντες, ὅπου ἂν μέλλω τι ὑμᾶς ὠφελήσειν, καὶ εὖ ἴστε, [g] ὅτι, ὃς πολεμῶν ὑμῖν μεγάλα βλάπτειν δυνατὸς ἦν, καὶ σὺν ὑμῖν ἀγωνιζόμενος, μεγάλα δυνήσομαι ὠφελεῖν.»

IX. Τοιαῦτα μὲν ὁ Μάρκιος εἶπεν. οἱ δὲ Οὐολοῦσκοι, λέγοντός τε τοῦ ἀνδρὸς ἔτι, δῆλοι ἦσαν ἀγάμενοι τοὺς λόγους· καὶ ἐπειδὴ ἐπαύσατο, μεγάλῃ βοῇ πάντες ἐπεσημήναντο, ὡς τὰ κράτιστα [h] ὑποτιθεμένῳ· λόγον τ' οὐθενὶ προθέντες, ἐπικυροῦσι τὴν γνώμην. γραφέντος δὲ τοῦ δόγματος, εὐθὺς ἐξ ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας ἑλόμενοι, πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλαν· τῷ δὲ Μαρκίῳ ψηφίζονται βουλῆς μετουσίαν ἐν [i] ἁπάσῃ πόλει, καὶ ἀρχὰς ἐξεῖναι [k] πανταχόσε μετιέναι, καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα τιμιώτατα ἦν παρ' αὐτοῖς, μετέχειν.

Per. Iul. 4227. *Ante Chr.* 487. *Olymp.* 73 ½. *Cat. V.C.* 265. *Var.* 267.

locum mihi aſſignaueritis, in eo me nullo vel milite, vel centurione, vel duce, deteriorem praeſtare omni ſtudio conabor: quare mea opera abutamini, in quibuſcunque rebus vobis prodeſſe poſſum, atque perſuaſum habeatis, me, qui hoſtis magna detrimenta vobis afferre potui, nunc quoque veſtrum ſocium magna commoda vobis afferre poſſe.„

Haec dixit Marcius. Dum autem adhuc ille loqueretur, Volſcos eius verba lubenter audire conſtabat: et quum ille finem dicendi feciſſet, ingenti clamore eum optime monere ſignificarunt: et, nulli amplius facta dicendi copia, eius ſententiam ratam fecerunt. Quare, ſcripto decreto, confeſtim ex ſingulis ciuitatibus nobiliſſimos quoſque viros delegerunt, Romamque legarunt. caeterum, Marcio in omni ciuitate ius ſenatoriae dignitatis et gerendorum vbique magiſtratuum, et caeterorum honorum, quotquot apud ipſos maximi, decreuerunt. Nec ex-

ſpectatis

f Ἀλλὰ καταχρῆσθαί μοι *Vat.*

g Ὅτι εἰ πολεμῶν in *Vat.* et *Lapi Cod.*

h Ὑποτιθεμένου *Vat.* quod forſan rectius.

i Ἁπάσῃ πόλει *Vat.* et *Lapi Cod.* quod placuit etiam *Sylburgio.*

k Πανταχόσε vſurpatum pro πανταχοῦ. *Sylb.*

l Sic

καὶ πρὶν ἢ τὰς Ῥωμαίων ἀποκρίσεις ἀναμεῖναι, πάντες ἔργου εἴχοντο, παρασκευαζόμενοι τὰ πολέμια. ὅσοι τ' αὐτῶν ἦσαν ἄθυμοι τέως, κακωθέντες ἐν ταῖς προτέραις μάχαις, τότε πάντες [l] ἐῤῥώσθησαν ὡς τὴν Ῥωμαίων [m] καταλύσοντες ἰσχύν. οἱ δ' εἰς τὴν Ῥώμην ἀποσταλέντες ὑπ' αὐτῶν πρέσβεις, καταστάντες ἐπὶ τὴν βουλὴν, ἔλεγον· „Ὅτι Οὐολούσκοις περὶ πολλοῦ ἐστι καταλύσασθαι τὰ πρὸς Ῥωμαίους ἐγκλήματα, καὶ τὸν λοιπὸν χρόνον εἶναι φίλοις καὶ συμμάχοις ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης. ἔσεσθαι δὲ τὸ πιστὸν αὐτοῖς τῆς φιλίας βέβαιον ἀπέφαινον, εἰ κομίσαιντο γῆν τε τὴν ἑαυτῶν, καὶ πόλεις, ἃς ὑπὸ Ῥωμαίων ἀφῃρέθησαν· ἄλλως δὲ οὔτ' εἰρήνην, οὔτε φιλότητα [n] βέβαιον ὑπάρξειν αὐτοῖς. τὸ γὰρ ἀδικούμενον ἀεὶ πολέμιον εἶναι τῷ πλημμελοῦντι, φύσει. ἠξίουν τε μὴ καταστῆσαι σφᾶς εἰς ἀνάγκην πολέμου τῶν δικαίων ἀποτυγχάνοντας."

Ὡς δὲ ταῦτα εἶπον οἱ πρέσβεις, ἐβουλεύοντο κατὰ σφᾶς οἱ σύνεδροι, μεταστησάμενοι τοὺς ἄνδρας. καὶ

ſpectatis populi Romani reſponſis, rem aggreſſi, bellum parabant: et quotquot ex illis, ad eam vſque diem proeliis ſuperioribus fracti, demiſſiore erant animo, tunc omnes, velut Romani imperii potentiam euerſuri, vires collegerunt. Legati autem ab ipſis Romam miſſi, poſtquam in curiam introducti ſunt: „Volſci (inquiebant) magnopere cupiunt omnes controuerſias tollere, et in poſterum populi Romani amici et ſocii ſine dolo et fraude eſſe. firmam autem amicitiae fidem inter vtroſque fore demonſtrabant, ſi agrum ſuum et oppida ſibi a Romanis erepta reciperent: aliter vero nec pacem, nec amicitiam cum ipſis firmam fore. natura enim ita comparatum *dicebant*, vt, qui iniuriam patitur, iniuriam facienti ſit ſemper hoſtis: Rogabantque eos, ne ſibi belli neceſſitatem imponerent, rerum iuſtarum repulſam ferentibus.„

Per. Iul. 4227. *Ante Chr.* 487. *Olymp.* 73 $\frac{1}{2}$. *Cat. V.C.* 265. *Var.* 267.

Quum legati haec dixiſſent, patres, illis curia ſubmotis, inter ſe conſultarunt. Poſtea, quum, quid reſpondendum eſſet, decre-

l Sic *Thucydides* verbo ἐῤῥῶσθαι ſaepe vtitur. *Steph.*

m Καθαιρήσοντες *Vat.*

n Βεβαίαν *Vat.*

ἐπειδὴ ἔκριναν, ἃς χρὴ ἀποκρίσεις ποιήσασθαι, καλέσαντες αὐτοὺς πάλιν ἐπὶ τὸν σύλλογον, ταύτην ἔδοσαν τὴν ἀπόφασιν· „Οὐ λανθάνετε ἡμᾶς, ὦ Οὐολοῦσκοι, φιλίας μὲν οὐδὲν δεόμενοι, πρόφασιν δ' εὐπρεπῆ λαβεῖν βουλόμενοι τοῦ πολέμου. ἃ γὰρ ἥκετε παρ' ἡμῶν ἀπαιτοῦντες, καλῶς ἐπίστασθε οὐδέποτε ληψόμενοι· χρῄζετε γὰρ ἀδίκων καὶ ἀδυνάτων. εἰ μὲν οὖν δόντες ἡμῖν τὰ χωρία, ἔπειτα [o] μεταδόξαν ὑμῖν, νῦν [p] ἀπαιτεῖτε, ἀδικεῖσθε μὴ κομιζόμενοι· εἰ δὲ πολέμῳ ἀφαιρεθέντες, οὐκέτι αὐτῶν ὄντες κύριοι, ἀδικεῖτε τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενοι. ἡμεῖς δὲ κρατίστας ἡγούμεθα κτήσεις, ἃς ἂν πολέμῳ κρατήσαντες λάβωμεν· οὔτε πρῶτοι καταστησάμενοι νόμον τόνδε, οὔτ' [q] αὐτὸν ἀνθρώπων ἡγούμενοι μᾶλλον εἶναι, ἢ οὐχὶ θεῶν· ἅπαντας δὲ καὶ Ἕλληνας καὶ βαρβάρους εἰδότες αὐτῷ χρωμένους, οὐκ ἂν ἐνδοίημεν ὑμῖν μαλακὸν οὐδὲν, οὐδ' ἂν ἀποσταίημεν ἔτι τῶν δορυκτήτων. πολλὴ γὰρ ἂν εἴη κακότης, εἴ τις, ἃ μετ' ἀρετῆς καὶ ἀνδρείας ἐκτήσατο, ταῦτα ὑπὸ δειλίας τε καὶ μωρίας

Per. Iul. 4227. *Ante Chr.* 487. *Olymp.* 73 ½. *Cat.* *V.C.* 265. *Var.* 267.

decreuissent, illis in senatum reuocatis hoc dederunt responsum: „Non latet nos, Volsci, amicitiam quidem a vobis non peti, sed speciosam belli occasionem quaeri. nam quae a nobis petituri huc venistis, probe scitis vos nunquam impetraturos. Postulatis enim iniqua et quae fieri non possunt. Si enim nobis oppida dedissetis, postea poenitentia ducti nunc ea repeteretis, certe iniuria vobis fieret, nisi ea reciperetis. si vero iure belli iis spoliati fuistis, quum nullum amplius in ea dominium habeatis, iniuriam facitis, qui res alienas appetatis. Nos enim iustissimas possessiones ducimus, quas armis victores quaesiimus; nec eam hominum potius, quam deorum, existimamus: sed quum omnes, tam Graecos, quam barbaros, hac vti sciamus, nihil molliter vobis remittemus, nec rebus bello quaesitis cedemus. Magnum enim esset vitium, si quis res, virtute et fortitudine partas, per ignauiam et stultitiam amitte-

o Δόξαν] Optime, vt arbitror, in *Cod. Vat.* ἔπειτα μεταδόξαν ὑμῖν. sensus postulat ἀπητεῖτε et ἠδικεῖσθε. *Sylb.*

p Antichronismus hic est.

q Αὐτῶν *Vat.*

r In

ἀφαιρεθείη. πολεμεῖν δ' οὔτε μὴ βουλομένους ὑμᾶς ἀναγκάζομεν, οὔτε προθυμουμένους παραιτούμεθα· ἂν δ' ἄρξησθε, ἀμυνούμεθα. ταῦτα Οὐολούσκοις ἀπαγγέλλετε, καὶ λέγετε, ὅτι λήψονται μὲν τὰ ὅπλα πρότεροι ἐκεῖνοι, [r] ἀποθήσομεν δὲ ἡμεῖς ὕστεροι.„

Ταύτας οἱ πρέσβεις τὰς ἀποκρίσεις λαβόντες, XI. ἀπήγγειλαν τῷ [s] κοινῷ" [πλήθει] τῶν Οὐολούσκων. συναχθείσης οὖν αὖθις ἐκκλησίας, μετὰ τοῦτο κυροῦται δόγμα κοινὸν [t] τοῦ ἔθνους προειπεῖν Ῥωμαίοις τὸν πόλεμον. ἔπειτα αἱροῦνται στρατηγοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου, Τύλλον τε καὶ Μάρκιον, δυνάμεις τε ψηφίζονται καταγράφειν, καὶ χρήματα εἰσφέρειν, καὶ τὰ ἄλλα παρασκευάσασθαι, ὅσων ὑπελάμβανον δεήσειν τῷ πολέμῳ. μελλούσης δὲ διαλύεσθαι τῆς ἐκκλησίας, ἀναστὰς ὁ Μάρκιος, ἔφη· „Α μὲν ἐψήφισται τὸ κοινὸν ὑμῶν,

amitteret. Nullam autem bellandi vobis inuitis necessitatem *Per. Iul.* imponimus, nec si *in id* propensi estis, deprecamur: sed si prio- 4227. res bellum intuleritis, illatum propulsabimus. Haec Volscis re- *Ante* nunciate, et dicite, illos priores arma sumturos, nos vero po- *Chr.* 487. *Olymp.* steriores deposituros.„ 73 ½.

Legati haec responsa accepta ad Volscorum rempublicam *Cat.* retulerunt. Rursus igitur conuocato concilio, postea de com- *V.C.* 265. muni gentis sententia decretum est, populo Romano bellum in- *Var.* dicere. Deinde Tullum et Marcium duces elegerunt, ad quos 267. totius belli summam detulerunt; et decreuerunt, vt copiae conscriberentur, et pecuniae conferrentur, et res caeterae pararentur, quascunque ad vsus bellicos necessarias fore existimabant. Quum autem iam dimittendus esset conuentus, assurgens Marcius sic loquutus est: „Quae in isto concilio a vestra republica decreta

r In *Ed. Steph.* ἀκολουθήσομεν. quod interpretes nonnullos decepit. Veram lectionem agnoscit etiam *Lapi* versio; *nos posterius deponemus. Sylb.* Θήσομεν δὲ *Vat.* De phrasi hac τίθεσθαι τὰ ὅπλα, vide, quae annotauimus ad *Thucyd.* p. 85. v. 2. In *Plutarcho* simile responsum habemus, προτέρους μὲν ἀναλήψεσθαι τὰ ὅπλα τοὺς Οὐολούσκους, ὑστέρους δὲ καταθήσεσθαι Ῥωμαίους.

s Τῷ κοινῷ πλήθει] Illud κοινῷ non agnoscit *Cod. Vat.*

t In *Ed. Steph.* τοὺς θεοὺς, praemissa hypodiastole. Sed veriorem

ἔχει καλῶς, καὶ γινέσθω κατὰ τὸν οἰκεῖον ἕκαστα καιρόν. ἐν ὅσῳ δὲ στρατεύματα μέλλετε καταγράφειν, καὶ τὰ ἄλλα εὐτρεπίζειν ἕξοντά τινας, ὥσπερ εἰκὸς, ἀσχολίας καὶ διατριβὰς, [u] ἐγὼ καὶ Τύλλος ἔργου ἐχόμεθα. ὅσοις οὖν ὑμῶν βουλομένοις ἐστὶ προνομεῦσαι τὴν τῶν πολεμίων, καὶ πολλὴν [x] ἀπονέμεσθαι λείαν, ἴτε σὺν ἡμῖν. [y] ὑπισχνοῦμαι δὲ ὑμῖν, ἐὰν θεὸς συλλάβῃ, πολλὰς καὶ καλὰς δώσειν ὠφελείας. ἔτι γὰρ ἀπαράσκευοί εἰσι Ῥωμαῖοι, δύναμιν οὔπω συνεστηκυῖαν ὁρῶντες [z] ἡμετέραν. ὥστ' ἀδεῶς ἡμῖν ὑπάρξει πᾶσαν ὅσην ἂν βουλώμεθα τῆς ἐκείνων χώρας καταδραμεῖν.„

XII. Ἀποδεξαμένων δὲ καὶ ταύτην τὴν γνώμην τῶν Οὐολούσκων, ἐξῄεσαν οἱ στρατηγοὶ διὰ ταχέων, [a] πρὶν ἔκπυστα γενέσθαι Ῥωμαίοις τὰ βουλεύματα, πολλὴν ἐπαγόμενοι στρατιὰν ἑκούσιον· ἧς μέρος μὲν ὁ Τύλλος

Per. Iul. 4227. Ante Chr. 487. Olymp. 73½. Cat. V.C. 265. Var. 267.

decreta sunt, bene se habent, et suo quaeque fiant tempore. Sed interim, dum exercitus conscribentur, et alia parabuntur, quae (vt verisimile est) sine aliquo negotio et mora parari non poterunt, ego et Tullus abibimus. Qui igitur agrum hostilem depopulari, praedamque ingentem inde reportare cupiunt, nobiscum veniant. Polliceor enim vobis, (deo fauente) me magnam et opimam praedam vobis daturum; adhuc enim Romani sunt imparati, quod nullas dum nostras copias in vnum contractas videant. Itaque eorum agri quantum voluerimus, sine vllo metu *et periculo* percurrere licebit.„

Hac quoque sententia a Volscis probata, duces, antequam singula ipsorum consilia Romanis innotescerent, cum ingenti voluntariorum manu ocius egressi sunt: cum quorum parte Tullus

rem lectionem τοῦ ἔθνους confirmat *Lapi* versio, atque etiam *Cod. Vat.*

u Τύλλος ἐρχόμεθα] Optime in *Cod. Vat.* ἐγὼ καὶ Τύλλος ἔργου ἐχόμεθα. quo modo et *Lapus:* nam vertit: *ego et Tullus opus exsequemur.*

x Ἀποτέμεσθαι *Vat.*

y Ὑποδέχομαι δὲ *Vat.*

z Ὑμετέραν *Vat.*

a Πρὶν ἔκπυστα γενέσθαι Ῥωμαίοις τὰ βουλεύματα, πολλὴν *Vat.* quod a *Dionysii* manu esse arbitror. vulgo legitur πρὶν ἕκαστα γ. Ῥ. τὰ β. δῆλα, πολλήν.

b Μηδὲν

ἔχων, εἰς τὴν Λατίνων χώραν ἐνέβαλεν, ἵνα περισπάσειε τῶν πολεμίων τὴν ἐκεῖθεν ἐπικουρίαν· τὸ δὲ λοιπὸν ὁ Μάρκιος ἄγων, ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἤλασεν. οἷα δ' ἀπροσδοκήτου κακοῦ τοῖς κατὰ τὴν χώραν διατρίβουσιν ἐπιπεσόντος, πολλὰ μὲν ἑάλω σώματα Ῥωμαίων ἐλεύθερα, πολλὰ δ' ἀνδράποδα, βοῶν τε καὶ ὑποζυγίων καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων χρῆμα οὐκ ὀλίγον· σῖτός τε, ὅσος ἐγκατελήφθη, καὶ σίδηρος, καὶ ὅσοις ἄλλοις τὰ χωρία γεωργεῖται, τὰ μὲν ἡρπάσθη, τὰ δὲ διεφθάρη. τελευτῶντες γὰρ καὶ πῦρ εἰς τὰς αὐλὰς φέροντες ἐνέβαλον Οὐολοῦσκοι· ὥστε πολλοῦ χρόνου [b] μηδ' ἀναλαβεῖν [c] αὐτοὺς δύνασθαι τοὺς ἀποβαλόντας. μάλιστα δὲ τοῦτο ἔπασχον αἱ τῶν δημοτῶν κτήσεις, αἱ δὲ τῶν πατρικίων ἔμειναν ἀσινεῖς· εἰ δέ τινες ἐβλάβησαν, εἰς ἀνδράποδα καὶ βοσκήματα ἔδοξαν βλαβῆναι. τοῦτο γὰρ ὑπὸ τοῦ Μαρκίου παρήγγελτο τοῖς Οὐολούσκοις, ἵνα [d] δι' ὑπο-

lus in Latinorum agrum irrupit, vt impediret, ne qua inde auxilia hoſtium Romanis *ſubſidio* venirent: reliquas copias Marcius in agrum Romanum duxit. Quum autem id malum vtpote inopinatum agreſtes inuaſiſſet, multi ciues Romani ingenui, multi ſerui, boum et iumentorum et alius pecoris magna vis capta: et frumentum, quod *in agris* relictum erat, et ferramenta, aliaque inſtrumenta ruſtica, partim direpta, partim corrupta ſunt. Quinetiam poſtremo Volſci in villas ignem intulerunt ac iniecerunt: vt nonniſi longo poſt tempore a dominis, qui eas amiſiſſent, reparari poſſent. Praecipue vero in plebeiorum praedia ſaeuitum eſt: ſed villis, quae patriciorum erant, temperatum. Quod ſi qui eorum damnum acceperunt, id in mancipiis et pecore accepiſſe viſi ſunt. Hoc enim Volſcis mandarat Marcius, vt patricii

Per. Iul. 4227. *Ante Chr.* 487. *Olymp.* 73 ½. *V. C. Cat.* 265. *Var.* 267.

b Μηδὲν ἀναλαβεῖν] Optime in *Cod. Vat.* μηδ' ἀναλαβεῖν.

c Αὐτὰς] Si quis ibidem generalius malit *αὐτὰ*, per me licet. vt ſcilicet non ad villas tantummodo feratur ea vox, ſed etiam ad reliquum inſtrumentum ruſticum. *Sylb.*

d Δι' ὑποψίαν *Vat.* et mox infra v. 23. δι' ὑποψίας τε ἀλλήλων καὶ δέος προδοσίας.

e Legen-

ψίας ἔτι μᾶλλον οἱ πατρίκιοι γένωνται τοῖς δημοτικοῖς, καὶ μὴ ἐξαιρεθείη τὸ στασιάζον ἐκ τῆς πόλεως. ὅπερ καὶ συνέβη. ὡς γὰρ ἠγγέλθη τοῖς Ῥωμαίοις ἡ καταδρομὴ τῆς χώρας, καὶ ἔγνωσαν οὐκ ἐξ ἴσου γεγονυῖαν ἅπασι τὴν συμφορὰν, κατεβόων μὲν τῶν πλουσίων οἱ πένητες, ὡς ἐπαγόντων σφίσι τὸν Μάρκιον· ἀπελογοῦντο δὲ οἱ πατρίκιοι, καὶ κακουργίαν τινὰ τοῦ στρατηγοῦ ταύτην ἀπέφαινον. βοηθεῖν δὲ τοῖς ἀπολλυμένοις, ἢ σώζειν τὰ περιόντα, δι' ὑποψίας τ' ἀλλήλων καὶ δέος προδοσίας, οὐδεὶς ἠξίου. ὥστε κατὰ πολλὴν ἄδειαν ὁ Μάρκιος ἀπῆγε τὴν στρατιὰν, καὶ κατέστησεν ἅπαντας ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, παθόντας μὲν οὐδὲν δεινὸν, δράσαντας δὲ, ὅσα ἠξίουν, καὶ πολλῶν εὐπορήσαντας χρημάτων. ἧκε δὲ καὶ ὁ Τύλλος ὀλίγον ὕστερον ἐκ τῆς Λατίνων χώρας, πολλὰς ἐπαγόμενος ὠφελείας· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ δύναμιν ἔσχον ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις μαχησόμενοι, ἀπαράσκευοί τ' ὄντες, καὶ παρ' ἐλπίδα τοῦ δεινοῦ σφίσιν ἐπιπεσόντος. ἐκ δὲ τούτου πᾶσα πόλις ἐπῆρτο ταῖς ἐλπίσι, [c] καὶ θᾶτ-

Per. Iul. 4227. *Ante Chr.* 487. *Olymp.* 73½. *Cat. V.C.* 265. *Var.* 267.

tricii plebeiis magis eſſent ſuſpecti, neue ſeditio ex vrbe tolleretur: quod etiam accidit. Vt enim Romam renunciata eſt agrorum vaſtatio, et ciues cognouerunt, eam calamitatem non aeque omnibus accidiſſe, pauperes accuſabant diuites, quod Marcium contra ſe duxiſſent. Sed patricii ſe purgabant, atque hanc eſſe malitioſam ducis verſutiam demonſtrabant. Nullus tamen, aut rebus pereuntibus ſuccurrere, aut reliquas ſeruare, ob ſuſpiciones mutuas et proditionis metum, volebat. Itaque Marcius liberrime et impune copias abduxit, omneſque domum nulla clade affectos, et rebus, quaſcunque volebant, confectis, et valde ditatos reduxit. Tullus etiam paullo poſt ex agro Latino cum ingenti praeda rediit. nam ne illi quidem copias habebant, quibus cum hoſte congrederentur, quia erant imparati, et repentino malo praeter ſpem oppreſſi. Hinc factum eſt, vt omnes Volſcorum populi ingentes ſpes conciperent, et opinione

c Legendum puto καὶ θᾶττον, ἢ τις ἂν ὑπέλαβεν. *Port.* Vulgatae dant θᾶττον ὡς.

f Ὅσων

τον, ἢ ὡς ἄν τις ὑπέλαβεν, ἥ τε καταγραφὴ τῶν στρατιωτῶν ἐγίνετο, καὶ τἄλλα ὑπηρετεῖτο, [f] ὅσων τοῖς στρατηγοῖς ἔδει.

XIII. Ἐπειδὴ δὲ [g] συνῆκτο πᾶσα ἡ δύναμις, ἐβουλεύετο μετὰ τοῦ συνάρχοντος ὁ Μάρκιος, ὅπως [h] χρήσονται τοῖς λοιποῖς πράγμασιν. [i] ἔφη δ' οὖν λέγων· „Ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Τύλλε, κράτιστον εἶναι, νείμασθαι τὰς δυνάμεις ἡμᾶς διχῇ· ἔπειτα τὸν μὲν ἕτερον ἡμῶν ἄγοντα τοὺς ἀκμαιοτάτους καὶ προθυμοτάτους, ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις μαχησόμενον· καὶ εἰ μὲν ὑπομενοῦσιν ἡμῖν εἰς χεῖρας ἰέναι, μιᾷ κρῖναι τὸν ἀγῶνα μάχῃ· εἰ δ' ἀποκνήσουσιν, ὡς ἐγὼ πείθομαι, [k] στρατιᾷ νεοσυλλέκτῳ, καὶ ἡγεμόσιν ἀπείροις πολέμου, τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίνδυνον ἐπιτρέπειν, τήν τε χώραν αὐτῶν ἐπιόντα πορθεῖν, καὶ τοὺς συμμάχους περισπᾶν, καὶ τὰς ἀποικίας ἀναιρεῖν, καὶ πᾶν ἄλλο

nione citius exercitus conſcriberetur, et res aliae ad bellum neceſſariae imperatoribus ſuppeditarentur.

Per. Iul. 4227. Ante Chr. 487. Olymp. 73 ½. Cat. V.C. 265. Var. 267.

Coactis autem omnibus copiis, Marcius cum collega de modo ac ratione belli in poſterum gerendi conſultare coepit. „Mihi, inquit, Tulle, videtur optimum eſſe, vt, copiis inter nos bifariam diuiſis, alter noſtrum cum robuſtiſſimis quibuſque militibus obuiam hoſtibus eat, eoſque aggrediatur; et, ſi nobiſcum congredi auſi fuerint, vno proelio de ſumma rerum decernat; ſin (quod ego futurum credo) exercitui tyronum et ducibus militiae imperitis ſummam rerum committere non audeant, agros eorum incurſionibus populetur, et ſociorum auxilia diſtrahat, et colonias euertat; nulloque ſibi a ma-

f Ὅσων *Vat.* ὅσα vulgatae.

g Συνῆκτο ἤδη πᾶσα *Vat.*

h Χρήσωνται] Vt hic ſubiunctiui modi verbum tributum eſt particulae ὅπως, ita ſupra p. 465. v. 49. Vide et quae notauimus ad p. 258. v. 23. *Sylb.* In *Cod. Vat.* ὅπως χρηστέον τοῖς.

i Ἔφη δ' οὖν λέγων· Ἐμοὶ etc. in *Cod. Vat.* vulg. ἔφη δέ· Ἐμοὶ.

k Malim στρατιᾷ νεοσυλλέκτῳ: vt ſcilicet mox ſequitur ἡγεμόσιν ἀπείροις πολέμου. atque ita et *Lapus* vertit, *exercitu nuper collecto. Sylb.* Huc facit et *Cod. Vat.* in quo στρατιᾷ pro στρατείᾳ. vulgo legitur στρατείᾳ νεοσυλλέκτων.

l Ἀφυ-

κακὸν, ὅ τι δύναιτο, ποιεῖν· τὸν δὲ ἕτερον ἐνθάδε ὑπομένοντα, φυλακὴν ποιεῖσθαι τῆς τε χώρας καὶ τῶν πόλεων, μὴ λάθωσιν [l] ἀφυλάκτῳ αὐτῇ ἐπιπεσόντες οἱ πολέμιοι, καὶ πρᾶγμα αἴσχιστον πάθωμεν, ἐν ᾧ τῶν ἀπόντων ἐφιέμεθα, τὰ παρόντα ἀφαιρεθέντες. ἀλλὰ χρὴ τὸν ἐνθάδε ὑπομένοντα ἤδη [m] τείχη τ' ἀνορθοῦν, ὅσα πέπτωκεν, καὶ τάφρους ἀνακαθαίρειν, καὶ φρούρια ὀχυροῦν, ἵνα τοῖς γεωργοῦσι τὴν χώραν ὑπάρχωσι καταφυγαί· [n] στρατιάν τ' ἄλλην προσκαταγράφειν, καὶ τροφὰς τοῖς ἔξω οὖσιν ἐπιχορηγεῖν, καὶ ὅπλα χαλκεύειν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀναγκαῖόν ἐστι πρᾶγμα, ὀξέως ὑπηρετεῖν. δίδωμι δέ σοι τὴν αἵρεσιν, εἴτε τῆς ὑπερορίου στρατιᾶς, εἴτε τῆς ἐνθάδε ὑπομενούσης ἐθέλεις στρατηγεῖν.» ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, σφόδρα ἠγάσθη τὴν γνώμην ὁ Τύλλος· καὶ τὸ δραστήριον τοῦ ἀνδρὸς εἰδὼς καὶ ἐπιτυχὲς, ἐπέτρεψεν ἐκείνῳ τῆς ἔξω στρατιᾶς ἄρχειν.

Per. Iul. 4227. *Ante Chr.* 487. *Olymp.* 73 ½. *Cat.* *V.C.* 265. *Var.* 267.

a maleficio temperet, quo eos vexare possit. alter vero hic remaneat ad regionis et oppidorum praesidium, ne forte hostes clam nostros incautos inuadant, et maximam accipiamus ignominiam; et, dum res absentes appetimus, praesentibus spoliemur. Sed oportet eum, qui hic est remansurus, moenia, sicubi collapsa sunt, iam erigere, et fossas purgare, et castella munire, vt agricolae habeant refugia; nouas praeterea copias conscribere, et commeatus iis, qui ad militiam fuerint profecti, suppeditare, et arma fabricare, et, si quid aliud est necessarium, ocius ministrare. Tibi autem optionem do, vtrum copiis, quae extra Volscorum fines bellum sunt gesturae, an iis, quae hic sunt mansurae, praeesse malis. Haec eo dicente, Tullus eam sententiam vehementer est admiratus: et quum perspectum haberet hominis industriam et felicitatem, ipsi exercitus educendi imperium permisit.

Marcius,

l 'Αφυλάκτως αὐτοῖς] Rectius in *Cod. Vat.* ἀφυλάκτοις αὐτοῖς. sc. πολίταις. vel enim αὐτοῖς ad significatum referendum, vel αὐταῖς scribendum, vt censet *Portus*.

m Τείχη τε ὀρθοῦν *Vat.* vulgatis deest copula.

n Στρατείαν] Magis proprie στρατιὰν, vt mox v. 6. et v. 10. *Sylb.*

Καὶ ὁ Μάρκιος οὐθὲν ἔτι διαμελλήσας, ἧκεν ἄγων XIV. τὴν δύναμιν ἐπὶ Κιρκαίαν πόλιν, ἐν ᾗ κληροῦχοι Ῥωμαίων ἦσαν ἅμα τοῖς ἐπιχωρίοις πολιτευόμενοι, καὶ παραλαμβάνει τὴν πόλιν ἐξ ἐφόδου. ὡς γὰρ ἔγνωσαν οἱ Κιρκαῖοι κρατουμένην σφῶν τὴν χώραν, καὶ προσάγουσαν τῷ τείχει τὴν στρατιὰν, ἀνοίξαντες τὰς πύλας, ἐξῄεσαν ὁμόσε τοῖς πολεμίοις ἄνοπλοι, παραλαβεῖν τὴν πόλιν ἀξιοῦντες· ὅπερ αὐτοῖς αἴτιον τοῦ μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον ἐγίνετο. οὔτε γὰρ αὐτῶν ἀπέκτεινεν ὁ στρατηγὸς οὐδένα, οὔτ᾽ ἐξήλασεν ἐκ τῆς πόλεως· ἐσθῆτα δὲ τοῖς στρατιώταις καὶ τροφὰς εἰς μῆνα ἱκανὰς, καὶ ἀργύριόν τι μέτριον λαβὼν, ἀπῆγε τὴν δύναμιν, ὀλίγην μοῖραν ἐν τῇ πόλει καταλιπὼν, τῆς τ᾽ ἀσφαλείας τῶν ἐνοικούντων ἕνεκα, μή τι ὑπὸ Ῥωμαίων πάθωσι κακὸν, καὶ τοῦ μηδὲν ὕστερον νεωτερίσαι. εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ὡς ἠγγέλθη τὰ γενόμενα, πολὺ πλείων ταραχὴ καὶ θόρυβος ἦν· τῶν μὲν πατρικίων τὸν δῆμον ἐχόντων δι᾽ αἰτίας, ὅτι πολεμιστὴν ἄνδρα, καὶ δραστήριον, καὶ φρονήματος εὐγενοῦς μεστὸν, ψευδεῖ περιβαλόντες αἰτίᾳ, τῆς πόλεως ἀπήλασαν, καὶ παρεσκεύασαν ἡγεμόνα Οὐολούσκοις γενέσθαι. τῶν δὲ προεστηκό-

Marcius, non amplius cunctatus, cum exercitu Circeios *Per. Iul.* 4227.
petiit, vrbem, in qua coloni Romanorum vna cum ipſis ciuibus *Ante Chr.* 487.
habitabant, eamque obiter recepit. Nam oppidani, vbi cognouerunt, agrum ſuum eſſe in hoſtium poteſtate, et copias ad muros adduci, apertis portis obuiam hoſtibus inermes venerunt, *Olymp.* 73 ½.
rogantes, vt vrbem in deditionem acciperent. quo factum eſt, vt nihil grauius paterentur. Imperator enim nullum eorum *V.C. Cat.* 265. *Var.* 267.
interfecit, neque ex vrbe quemquam expulit: ſed veſtes ad vſus militum, et frumenti in menſem vnum pecuniaeque modicam ſummam accepit, exercitumque abduxit, parua manu in vrbe relicta, tum ad ipſorum ciuium praeſidium, ne quid mali a Romanis acciperent, tum etiam, ne quid in poſterum innouarent. His Romam nunciatis multo maior perturbatio, et tumultus eſt exortus: quia patricii plebem incuſabant, quod virum bellicoſum et induſtrium, et valde magnanimum, falſi criminis accuſatum expuliſſent, et, vt Volſcis dux eſſet, effeciſſent. Tribuni vero

των τοῦ δήμου, κατηγορίας τοῦ συνεδρίου ποιουμένων, καὶ τὸ πρᾶγμα ὅλον ἐξ ἐπιβουλῆς ὑπ' ἐκείνων κατεσκευάσθαι λεγόντων, τόν τε πόλεμον οὐ κοινὸν ἅπασιν, ἀλλὰ σφίσι μόνοις ἐπάγεσθαι σκηπτομένων· καὶ ἦν τὸ κακοηθέστατον τοῦ δήμου μέρος ἅμα τούτοις. [o] στρατιὰς δὲ καταγράφειν, ἢ καλεῖν τοὺς συμμάχους, ἢ κατασκευάσασθαι τὰ κατεπείγοντα, διὰ τὰ πρὸς ἀλλήλους ἔχθη, καὶ τὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κατηγορίας, οὐδ' εἰς νοῦν ἐλάμβανον.

XV. Τοῦτο καταμαθόντες οἱ πρεσβύτατοι τῶν Ῥωμαίων, συστραφέντες ἔπειθον ἰδίᾳ τε καὶ ἐν κοινῷ τοὺς στασιωδεστάτους τῶν δημοτικῶν παύσασθαι τῶν εἰς τοὺς πατρικίους ὑποψιῶν τε καὶ κατηγοριῶν· διδάσκοντες, [p] ὡς, εἰ δι' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς φυγὴν τοσοῦτος κίνδυνος κατέσχε τὴν πόλιν, τί χρὴ προσδοκᾶν, ἐὰν ἀναγκασθῶσιν οἱ πολλοὶ τῶν πατρικίων προπηλακισθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου τὸ αὐτὸ φρονῆσαι. καὶ κατέσχον οὗτοι τὴν ἀκοσμίαν τοῦ πλήθους. παυσαμένου δὲ τοῦ πολλοῦ θορύβου, συνελθοῦσα ἡ βουλή,

Per. Iul. 4227. Ante Chr. 487. Olymp. 73 ½. Cat. U.C. 265. Var. 267.

plebis patres accuſabant, et dedita opera inſidioſe rem totam ab illis compoſitam dicebant, et bellum non aeque vniuerſis, ſed ſibi ſolis inferri ſimulate criminabantur: et maligniſſimi quique de plebe ab illis ſtabant. Caeterum, ob mutuas ſimultates, et accuſationes, quibus in concionibus vtebantur, ne in mentem quidem illis venit, vt exercitum conſcriberent, aut ſociorum auxilia accerſerent, aut res vrgentes et neceſſarias pararent.

Quod quum animaduertiſſent Romanorum natu maximi, in vnum conuenerunt, et, communicato inter ſe conſilio, ſuadebant et priuatim et publice ſeditioſiſſimis quibuſque de plebe, vt deſinerent patricios ſuſpectos habere et accuſare: docentes, ſi ob vnius viri nobilis exſilium in tanto periculo reſpublica verſaretur, quid exſpectandum eſſet, ſi maior patriciorum pars a plebe contumeliis affecta idem ſentire cogeretur. Atque iſti plebis tumultum et confuſionem ſedarunt. Quum autem ingens ille tumultus ſedatus fuiſſet, ſenatus coactus legatis, a Lati-

o Στρατείας] Hic quoque magis proprie legemus στρατιὰς, vt mox v. 49. et p. 473. v. 11. *Sylb.* Ita etiam in *Cod. Vat.*

p Illud ὡς hic loci videtur redundare. *Sylb.*

q Ἐν

τοῖς μὲν ἀπὸ κοινοῦ τῶν Λατίνων παροῦσι πρεσβευταῖς ἐπὶ συμμαχίας αἴτησιν, ἀπεκρίνατο, μὴ ῥᾴδιον εἶναι σφίσι, βοήθειαν ἀποστέλλειν κατὰ τὸ παρόν· αὐτοῖς δ' ἐκείνοις ἐπιτρέπειν τὴν ἑαυτῶν στρατιὰν καταγράφειν, καὶ ἡγεμόνας τῆς δυνάμεως ἰδίους, ἐκπέμπειν τε, ὅσην ἂν αὐτοὶ ἐκπέμψωσι δύναμιν. ἐν γὰρ ταῖς συνθήκαις, αἷς ἐποιήσαντο πρὸς αὐτοὺς περὶ φιλίας, ἀπόρρητον ἦν τούτων ἑκάτερον. τοῖς δὲ ὑπάτοις ἐφῆκαν στρατόν τε συναγαγεῖν [q] ἐκ καταλόγου, καὶ τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς ἔχειν, καὶ τοὺς συμμάχους παρακαλεῖν· εἰς ὕπαιθρον δὲ μήπω τὰς δυνάμεις ἐξάγειν, ἕως ἂν ἅπαντα εὐτρεπῆ γένηται. καὶ ὁ δῆμος ταῦτα ἐπεκύρωσεν. ἦν δὲ βραχὺς ὁ λειπόμενος τῆς ἀρχῆς τοῖς ὑπάτοις χρόνος. ὥστ' οὐδὲν ἔφθασαν τῶν ἐψηφισμένων ἐπὶ τέλος ἄγειν, ἀλλὰ παρέδοσαν ἡμιτελῆ ἅπαντα τοῖς μεθ' ἑαυτοὺς ὑπάτοις.

Οἱ δὲ παρὰ τούτων τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, Σπό- XVI.

a Latinorum republica ad belli societatem petendam missis. *Per. Iul.*
respondit, se non facile illis auxilium in praesentia mittere 4227.
posse: sed se illis permittere, vt de suis militibus exercitum *Ante Chr.* 487.
conscriberent, eique duces suos praeficerent, et tantas copias *Olymp.*
ad bellum mitterent, quantas ipse populus Romanus esset missu- 73 ½.
rus. Nam in amicitiae foederibus, quae cum illis fecerant, hoc *Cat.*
vtrumque vetabatur. Consulibus vero mandauit, vt delectus *V.C.* 265.
haberent, exercitumque conscriberent, et vrbem praesidiis *Var.*
custodirent, et sociorum auxilia accerserent; copias tamen 267.
ex vrbe non educerent, antequam res omnes paratae essent. atque populus haec rata fecit. Consulibus autem exiguum annui magistratus tempus supererat. quapropter nihil eorum, quae fuerant decreta, ipsi conficere potuerunt: sed rem omnem semiperfectam suis successoribus reliquerunt.

Qui vero illis successerunt, fuerunt Sp. Nautius, et Sex.

q Ἐν καταλόγῳ] ἐκ καταλόγου *Vat.* nec aliter in *Lapi* Cod. nam vertit: *exercitum conducere ex descriptione.*

ριος Ναύτιος καὶ Σέξτος [r] Φούριος, στρατιάν τε ὅσην ἐδύναντο πλείστην ἐκ τοῦ πολιτικοῦ [s] κατεστήσαντο συλλόγου, καὶ [t] φρυκτωρίας καὶ σκοποὺς ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις φρουρίοις ἔταξαν, ἵνα μηδὲν ἀγνοήσωσι τῶν ἐπὶ τῆς χώρας πραττομένων· χρήματά τε καὶ σῖτον καὶ ὅπλα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰ ἡτοιμάσαντο. τὰ μὲν οὖν οἰκεῖα παρεσκεύαστο αὐτοῖς ὡς ἐνῆν ἄριστα, καὶ οὐδὲν [u] αὐτῶν ἔτι δεῖν ἐδόκει· τὰ δὲ συμμαχικὰ οὐχ ἅπαντα ὑπήκουε προθύμως, [x] ἑκούσιά τ᾽ οὐκ ἦν οἷα συνάρασθαι τοῦ πολέμου· ὥστ᾽ οὐδὲ προσαναγκάζειν αὐτὰ ἠξίουν, φοβούμενοι προδοσίαν. ἤδη δέ τινα καὶ ἀφίστατο αὐτῶν ἐκ τοῦ φανεροῦ, καὶ τοῖς Οὐολούσκοις συνελάμβανε. πρῶτοι δ᾽ ἦρξαν Αἰκανοὶ τῆς ἀποστάσεως, ἅμα τῷ συστῆναι τὸν πόλεμον εὐθὺς ἐλθόντες ὡς τοὺς Οὐολούσκους, καὶ συμμαχίαν μεθ᾽ ὅρκων συνθέμενοι· στρατιάν τ᾽ ἀπέστειλαν

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *V.C. Cat.* 266. *Var.* 268. *Sp. Nautio, et Sex. Furio Coss. Volsci duce Marcio denuo Rom. infestant.*

Sex. Furius, qui copias quantas maximas potuerunt ex vrbana multitudine conscripserunt, et ignes et speculatores in castellis opportunissimis collocarunt, vt nihil eorum, quae fierent in agris, ignorarent: et magnam vim pecuniarum, frumenti, armorumque breui compararunt. Domi igitur, quam optime fieri potuit, res omnes ab illis sunt paratae; ita vt nihil amplius desiderari posse videretur. sed non omnes socii alacriter parebant, *et si qui vltro ad huius belli societatem sese offerebant, hoc etiam re ipsa praestare non poterant: quare ne illos quidem cogere volebant, quod proditionem metuerent. Et iam eorum nonnulli ab ipsis aperte defecerant, et Volscos iuuabant. Aequi vero primi, simul atque bellum exortum est, ad Volscos profecti, et interposito iureiurando societate facta, copias maximas et

r Male in *Ed. Steph.* Φρούριος.

s Κατεστήσαντο καταλόγου *Vat.* verum συλλόγου agnoscit *Lapus.*

t De voce φρυκτοὶ (vnde φρυκτωρία) vide *Schol.* ad *Thucyd.* p. 159. *Ed. Oxon.*

u Αὐτῶν ferri potest, si referatur ad τὰ οἰκεῖα. alioqui si ad consules referre velis, legendum fuerit αὐτοῖς, vt p. 471, v. 33. *Sylb.*

* Neque sponte suscipiebant vna bellum etc. *Port.* Cumque sponte ad belli societatem adduci non possent, ne cogendos quidem senatus censuit etc. *Gelen.*

x Sensus est: καὶ οὐκ ἦν οἷα ἑκούσια συνάρασθαι τοῦ πολέμου. *Sylb.*

y Ἀπο-

οὗτοι τῷ Μαρκίῳ πλείστην τε καὶ προθυμοτάτην. ἀρξαμένων δὲ τούτων, πολλοὶ καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων κρύφα συνελάμβανον τοῖς Οὐολούσκοις, οὐκ ἀπὸ ψηφισμάτων, οὐδ᾽ ἀπὸ κοινοῦ δόγματος ἀποστέλλοντες αὐτοῖς τὰς συμμαχίας· εἰ δέ τισιν ἦν βουλομένοις μετέχειν τῆς στρατείας τῶν σφετέρων, οὐχ ὅπως [y] ἀποτρέποντες, ἀλλὰ καὶ παρορμῶντες· ἐγεγόνει τ᾽ οὐ πολλῷ χρόνῳ τοσαύτη δύναμις περὶ τοὺς Οὐολούσκους, ὅσην οὐ πώποτε ἔσχον, ὅτε μάλιστα [z] ἤκμαζον ἐν ταῖς πόλεσιν. ἣν ἐπαγόμενος ὁ Μάρκιος, ἐνέβαλεν αὖθις εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν· καὶ καθεζόμενος ἡμέρας συχνὰς, ἐδῄου τὴν γῆν, ὅσην ἐν τῇ πρότερον εἰσβολῇ παρέλιπεν. σωμάτων μὲν οὖν ἐλευθέρων οὐκέτι πολλῶν ἐγκρατὴς ἐγένετο κατὰ ταύτην τὴν [a] στρατείαν· οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ πλείστου ἄξια συσκευασάμενοι, [b] πάλαι πρότερον ἔτι κατεπεφεύγεσαν, οἱ μὲν εἰς τὴν πόλιν, οἱ δ᾽ εἰς τὰ πλησίον φρούρια, ἅτινα ἦν ὀχυρώ-

et animis paratiſſimas ad Marcium miſerunt. Horum autem *Per. Iul.*
exemplum ſequuti et multi alii ſocii clam Volſcis fauebant; non 4228.
tamen ex decreto, aut de communi ſententia, illis auxilia mit- *Ante Chr.* 486.
tebant: ſed ſi qui de ſuis eam militiam ſequi volebant, non ſo- *Olymp.*
lum eos ab ea non deterrebant, verum etiam ad eam eos ad- 73 $\frac{2}{3}$.
hortabantur. breuique temporis ſpatio tantum virium Volſcis *Cat.*
acceſſit, quantum nunquam ante, ne rebus quidem in ſua gente *V.C.* 266.
maxime florentibus, habuerant. Cum quibus Marcius iterum *Var.* 268.
in agrum Romanorum irruptionem fecit: moratuſque ibi per multos dies, agrum * vaſtauit, quem ſuperiore irruptione intactum reliquerat. paucis tamen hominum ingenuorum corporibus in hac expeditione eſt potitus. (iam enim illi multo ante cariſſimis quibuſque rebus collectis confugerant, alii in vrbem, alii in proxima caſtella, quae munitiſſima erant) ſed

y Ἀποτρέποντες agnoſcit etiam *Lapi* verſio, *non auertentes*. alioqui admitti etiam poſſet ἐπιτρέποντες, quanquam minori emphaſi. *Sylb.*

z Minus recte ἤκμαζεν in *Ed. Steph.* Ἤκμαζον ταῖς πόλεσιν *Vat.*

* *Vel potius*, vaſtauit quicquid agri in ſup. *Port.*

a Στρατιὰν] Magis proprie στρατείαν. *Sylb.*

b Παλαίτερον ἔτι *Vat.*

τατα· τὰ δὲ βοσκήματα αὐτῶν, ὅσα οὐχ οἷοί τ' ἦσαν ἀπελάσαι, καὶ τοὺς νέμοντας θεράποντας λαμβάνει, τόν τε σῖτον τὸν ἐπὶ ταῖς ἅλωσιν ἔτι κείμενον, καὶ τοὺς ἄλλους καρποὺς, [c] τοὺς μὲν ἐν χερσὶ, τοὺς δὲ καὶ συγκεκομισμένους ἀναιρεῖται. προνομεύσας δὲ καὶ διαπορθήσας ἅπαντα, οὐθενὸς ὁμόσε χωρῆσαι τολμήσαντος, ἐπ' οἴκου τὴν στρατιὰν ἀπῆγε, βαρεῖαν οὖσαν ἤδη τῷ πλήθει τῶν ὠφελειῶν, καὶ σχολῇ πορευομένην.

XVII. Οἱ δὲ Οὐολοῦσκοι τὸ μέγεθος τῆς κομιζομένης λείας ὁρῶντες, καὶ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀτολμίας ἀκούοντες, οἳ δὴ τέως τὴν ἀλλοτρίαν λεηλατοῦντες, ἀδεῶς τότε τὴν αὑτῶν γῆν ἠνείχοντο δῃουμένην ὁρῶντες, αὐχήματός τε μεγάλου ἐνεπίμπλαντο, καὶ ἐν ἐλπίδι ἦσαν ἡγεμονίας, ὡς δὴ ῥᾴδιον καὶ ἐν ἑτοίμῳ σφίσιν ὂν καταλῦσαι τὴν τῶν ἀντιπάλων ἰσχύν. θυσίας τε χαριστηρίους τοῖς θεοῖς ἐποιοῦντο, καὶ σκύλων ἀναθέσει τοὺς νεὼς καὶ τὰς ἀγορὰς

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 ⅔. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

ſed eorum pecus, quod mature abigere non potuerant, ſeruosque id paſcentes cepit, frumentumque, quod adhuc in areis iacebat, aliaſque fruges, quae vel adhuc in manibus *meſſorum* erant, vel iam collectae fuerant, abſportauit. Quum igitur omnia vaſtaſſet diripuiſſetque, nullo ſecum congredi auſo, copias ingenti praeda onuſtas, atque ideo lente iter facientes, domum reduxit.

Volſci autem, quum tantam praedam afferri viderent, et Romanorum timiditatem audirent, quod, quum ante aliorum agros ipſi popularentur, nunc ſuos in conſpectu ſuo impune vaſtari paterentur, magnos ſumſerunt ſpiritus, et imperii ſpem conceperunt, quaſi iam facile et minimo negotio aduerſariorum potentiam poſſent euertere. iamque ſupplicationes diis decreuerunt, dicatiſque ſpoliis templa et fora ornarunt; et

c Τοὺς ἐν χερσὶ *Gelenius* vertit *demeſſas*. ego τοὺς ἐν χερσὶ καρποὺς intelligo fruges, in quibus demetendis, colligendis, et terendis agricolae adhuc eſſent occupati: quibus opponit τοὺς συγκεκομισμένους, fruges iam comportatas in granaria. Sic infra περιτειχισμὸν ἐν χερσὶν ὄντα dicit, qui militum manibus ſtrenue vrgeretur. *Sylb.*

d Expreſ-

ἐκόσμουν· καὶ ἦσαν ἅπαντες ἐν ἑορταῖς καὶ εὐπαθείαις, τόν τε Μάρκιον ἀγάμενοι καὶ ὑμνοῦντες διετέλουν, ὡς εἴη τά τε πολέμια δεινότατος ἀνθρώπων, καὶ στρατηγός, οἷος οὔτε Ῥωμαῖος, οὔτ᾽ ἄλλος στρατηγὸς Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων οὐδείς. μάλιστα δὲ τῆς τύχης αὐτὸν ἐμακάριζον, ἅπαντα, ὅσοις ἐπιχειρήσειε, κατὰ γνώμην αὐτῷ προχωροῦντα ὁρῶντες δίχα πόνου. ὥστ᾽ οὐδεὶς ἦν τῶν ἐχόντων τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν, ὃς ἀπολείπεσθαι τοῦ ἀνδρὸς ἠξίου· ἀλλὰ πάντες ὥρμηντο μετέχειν τῶν πράξεων, καὶ συνήεσαν ὡς αὐτὸν ἐξ ἁπάσης πόλεως. ὁ δὲ στρατηγός, ἐπειδὴ τὴν προθυμίαν τῶν Οὐολούσκων ἐπέῤῥωσε, καὶ τὸ τῶν πολεμίων ἀνδρεῖον εἰς ταπεινὴν καὶ ἄνανδρον κατέκλεισεν ἀμηχανίαν, [d] ἐπὶ τὰς συμμαχίδας αὐτῶν πόλεις, ὅσαι τὸ πιστὸν διεφύλαττον, ἦγε τὴν δύναμιν· καὶ αὐτίκα ἑτοιμασάμενος, ὅσα εἰς πολιορκίαν χρήσιμα ἦν, ἐπὶ Τολερίνους ἐλαύνει τοῦ Λατίνων ὄντας ἔθνους. οἱ δὲ Τολερῖνοι πρὸ πολλοῦ παρασκευασάμενοι τὰ [e] εἰς πόλεμον, καὶ

et omnes in epulationibus et laetitia versabantur, Marciumque *Per. Iul.*
cum admiratione assidue celebrabant, tum quod rei militaris 4228.
peritia caeteros mortales superaret, tum quod imperator esset, *Ante Chr.* 486.
qualis nullus alius aut Romanorum, aut Graecorum, aut barba- *Olymp.*
rorum fuisset: sed praecipue eius felicitatem praedicabant, 73 2/3.
quod omnia, quae aggressus fuisset, ex animi sententia sine vllo *Cat.*
labore ipsi succedere viderent. Quapropter nullius erat milita- *V.C.* 266.
ris aetatis, qui eius ducis auspicia sequi recusaret: sed omnes *Var.*
rerum ab eo gestarum participes esse cupiebant; et ex omnibus 268.
populis ad eum confluebant. At imperator, postquam Volsco- *Socios*
rum alacritatem confirmauit, et hostium fortitudinem ad humi- *populi*
lem et ignauam consilii inopiam redegit, contra socias eorum *Romani adoritur.*
ciuitates, quae in fide manebant, exercitum duxit, rebusque ad oppugnationem necessariis confestim paratis, in Tolerinos, Latini nominis populum, impetum fecit. At illi, iam multo ante paratis rebus ad bellum necessariis, et rebus, quae in

d Expressius in *Cod. Vat.* ἐπὶ τὰς συμμαχίδας αὐτῶν πόλεις, ὅσαι etc. vulgatis deest v. πόλεις.

e Rectius cum articulo εἰς τὸν πόλεμον, vt p. 475. v. 5. πρὸς τὸν ἀγῶνα. *Sylb.*

τὰ ἐκ τῆς χώρας εἰς τὴν πόλιν συγκεκομικότες, ἐδέχοντο αὐτὸν ἐπιόντα· καὶ χρόνον μέν τινα ἀντεῖχον, ἀπὸ τῶν τειχῶν μαχόμενοι, καὶ πολλοὺς τῶν πολεμίων κατέτρωσαν· ἔπειτα ὑπὸ τῶν σφενδονητῶν ἀναστελλόμενοι, καὶ μέχρι δείλης ὀψίας ταλαιπωροῦντες, πολλὰ μέρη τοῦ τείχους ἐξέλιπον. τοῦτο καταμαθὼν ὁ Μάρκιος, τοῖς μὲν ἄλλοις στρατιώταις παρήγγειλε κλίμακας προσφέρειν κατὰ τὰ γυμνούμενα μέρη τοῦ περιβόλου· αὐτὸς δὲ τοὺς κρατίστους τῆς στρατιᾶς ἀναλαβών, [f] ἐπὶ τὰς πύλας [g] ἵεται βαλλόμενος ἀπὸ τῶν πύργων· καὶ διαρρήξας τοὺς μοχλούς, παρέρχεται πρῶτος εἰς τὴν πόλιν. ἦν δὲ [h] ὑφεστηκὸς ταῖς πύλαις πολὺ καὶ καρτερὸν στῖφος τῶν πολεμίων· οἳ δέχονταί τ' αὐτὸν ἐρρωμένως, καὶ μέχρι πολλοῦ διεκαρτέρουν ἀγωνιζόμενοι· πολλῶν δ' ἀναιρεθέντων, τρέπονται οἱ [i] λοιποί, καὶ σκεδασθέντες ἔφευγον ἀνὰ τοὺς στενωπούς. ὁ δ' ἠκολούθει κτείνων τοὺς [k] καταλαμβανομέ-

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 ⅔. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

in agris erant, in vrbem comportatis, eius impetum excipiebant: et aliquamdiu ex muris ipsi restiterunt, multosque de hostibus vulnerarunt; deinde a funditoribus depulsi, atque ad vespertinum vsque crepusculum fatigati, multis locis moenia nudarunt. Qua re cognita, Marcius caeteros milites ad nudatas murorum partes scalas admouere iussit, ipse vero cum lectissimis totius exercitus militibus ad portas contendit, licet telis de turribus peteretur: fractisque repagulis, primus vrbem ingreditur. Ad illas autem portas ingens et valida hostium manus substiterat, qui eius impetum fortiter exceperunt, et diu strenue pugnantes ipsi restiterunt: sed multis eorum caesis, reliqui terga verterunt, et dispersi per vias fugere coeperunt. Ille vero a tergo instabat, caedens hostes, quoscunque assequebatur,

f Commation istud, ἐπὶ τὰς πύλας, in exemplari [et in *Cod. Vat.*] positum est ante participium παραλαβών, intricato verborum ordine ac sensu. *Sylb.* Exemplar appellat Sylburgius editionem Stephani.

g Malim ἵεται. *Port.*

h Ὑφεστηκὸς agnoscit *Lapi* versio [et *Cod. Vat.*] tu si ἐφεστηκὸς reponas, non refragabor. *Sylb.*

i Πολλοὶ] Optime in *Cod. Vat.* λοιποί. quo modo cum *Lapo* legendum esse placuit *Porto* et *Sylb.*

k Τοὺς πολεμίους καταλαμβ.] Vocem

νους, ὅσοι μὴ τὰ ὅπλα ῥίψαντες εἰς ἱκεσίας ἐτράποντο. ἐν δὲ τούτῳ καὶ οἱ διὰ τῶν κλιμάκων ἀναβαίνοντες ἐκράτουν τοῦ τείχους. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἁλούσης τῆς πόλεως, ἐξελόμενος ὁ Μάρκιος ἐκ τῶν λαφύρων, ὅσα θεοῖς τ' ἀναθήματα, καὶ κόσμος ταῖς Οὐολούσκων πόλεσιν ἔμελλε γενέσθαι, τὰ λοιπὰ τοῖς στρατιώταις ἐφῆκε διαρπάσαι. ἦν δὲ πολλὰ μὲν αὐτόθι σώματα, πολλὰ δὲ χρήματα, πολὺς δὲ σῖτος· ὥστε μὴ ῥᾴδιον εἶναι μιᾷ [l] πάντα ἐκκομίσαι τοὺς κρατήσαντας ἡμέρᾳ· ἀλλ' ἐκ διαδοχῆς ἄγοντες καὶ φέροντες τὰ μὲν αὐτοὶ, τὰ δὲ [m] ὑπὸ τῶν ὑποζυγίων, πολὺν ἠναγκάσθησαν διατρίψαι χρόνον.

Ὁ δὲ στρατηγὸς, ἐπειδὴ τὰ σώματα καὶ τὰ χρήματα πάντα ἐξεκεκόμιστο, τὴν πόλιν ἔρημον καταλιπὼν, ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπὶ Βωλανῶν ἑτέραν πόλιν. ἔτυχον δὲ καὶ οἱ Βωλανοὶ προεγνωκότες αὐτοῦ τὴν ἔφο- XVIII.

tur, et quotquot abiectis armis ad preces minime se conuertebant. Interea vero et qui scalis adscendebant, moenia ceperunt. Hoc igitur modo capta vrbe, Marcius, selectis a praeda spoliis, quae diis dicaturus, et quibus Volscorum oppida ornaturus erat, reliqua militibus in praedam concessit. Ibi autem multa erant hominum capita, magna pecuniae copia, et magna vis frumenti: adeo vt victores non facile vno die omnia exportare potuerint; sed alia ipsi, alia iumentis imposita per vices agentes et ferentes, multum temporis consumere coacti sunt.

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 $\frac{2}{3}$. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

Imperator autem, quum mancipia abduxisset, et res omnes absportasset; vrbemque desolatam reliquisset, exercitum inde ad Bolam duxit. Sed et ipsi Bolani eius aduentum iam praesenserant,

cem πολεμίους non agnoscit *Vat.*

l πάντας] Rectius in *Cod. Vat.* πάντα: vt non ad homines referatur, sed ad res exportatas. quod etiam probatum *Porto* et *Sylb.*

m Melius ἐπὶ τῶν ὑποζυγίων: nisi forte ὑπὸ τῶν ὑποζυγίων accipere velis pro *per iumenta plaustris adiuncta. Sylb.* Ἐπὶ τῶν ὑποζ. in *Cod. Vat.* nec aliter *Lapus* legebat, qui vertit: *super iumentis.*

δον, καὶ [n] παρεσκευασμένοι πάντα τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐπιτήδεια. ὁ μὲν οὖν Μάρκιος, ὡς ἐξ ἐφόδου τὴν πόλιν αἱρήσων, κατὰ πολλὰ μέρη τοῦ τείχους ἐποιεῖτο τὰς προσβολάς. οἱ δὲ Βωλανοὶ περιμείναντες καιρὸν ἐπιτήδειον, ἀνοίγουσι τὰς πύλας, καὶ φερόμενοι κατὰ πλῆθος ἐν τάξει τε καὶ κόσμῳ, συῤῥάττουσι τοῖς κατὰ μέτωπον· καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες, ἔτι δὲ πλείους [o] τούτων'' κατατραυματίσαντες, τούς τε λοιποὺς αἰσχρῶς ἀναγκάσαντες φυγεῖν, ἀνέστρεψαν εἰς τὴν πόλιν. ὡς δ' ἔγνω τὴν τροπὴν τῶν Οὐολούσκων ὁ Μάρκιος· οὐ γὰρ ἔτυχε παρὼν, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἐγένετο· παρῆν σὺν ὀλίγοις κατὰ σπουδὴν, καὶ τοὺς ἐκ τῆς τροπῆς σκεδασθέντας ἀναλαβὼν, [p] συνίστα τε καὶ παρεθάῤῥυνε· καὶ ἐπειδὴ κατέστησεν εἰς τάξεις, ὑποδείξας, ἃ δεῖ πράττειν, ἐκέλευσε προσβάλλειν τῇ πόλει κατὰ τὰς αὐτὰς πύλας. χρησαμένων δὲ πάλιν τῶν Βωλανῶν τῇ αὐτῇ πείρᾳ, καὶ κατὰ πλῆθος ἐκδραμόντων, οὐ δέχονται αὐτοὺς Οὐολού-

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Cat. V.C.* 266. *Var* 268.

serant, et res omnes ad bellum necessarias praepararant. Marcius igitur, quum se primo impetu vrbem capturum speraret, multis murorum partibus oppugnationem instituit. Sed Bolani, obseruata opportuna occasione, portas aperiunt, et valida militum manu egregie instructa erumpunt, et in hostes sibi a fronte oppositos impetum faciunt; multisque eorum caesis, et longe pluribus vulneratis, et reliquis turpiter terga fugae dare coactis, in vrbem redierunt. At Marcius, cognita Volscorum fuga, (nam forte tunc non aderat, quum clades ea accepta est) cum paucis propere aduolauit, et eos collegit, qui fuga fuerant dispersi, eosque in ordinem restituit, animosque eorum confirmauit: atque iis in ordinem restitutis, monitisque, quid faciendum esset, iussit ab iisdem portis vrbem oppugnare. Quum autem Bolani idem iterum tentassent, et magno numero eruptionem fecissent, Volsci eorum impetum non exceperunt, sed cedentes

n Pro actiuo παρασκευασάμενοι habet passiuum παρεσκευασμένοι. *Sylb.*

o Illud τούτων non agnoscit *Vat.*

p Συνίσαταί τε καὶ παρεθάῤῥυνε *Vat.*

q Ἐγκλί-

σκοι, ἀλλ' [q] ἐγκλίναντες ἔφευγον κατὰ τοῦ πρανοῦς, ὡς ὁ στρατηγὸς αὐτοῖς ὑπέθετο· καὶ οἱ Βωλανοὶ τὴν ἀπάτην οὐκ εἰδότες, ἐδίωκον ἄχρι πολλοῦ. ἐπεὶ δὲ πρόσω τῆς πόλεως ἐγένοντο, ἔχων τοὺς ἐπιλέκτους τῶν νέων ὁ Μάρκιος, ὁμόσε τοῖς Βωλανοῖς ἐχώρει. καὶ γίνεται πολὺς αὐτῶν ἐνταῦθα φόνος, τῶν μὲν ἀμυνομένων, τῶν δὲ φευγόντων. ὁ δ' ἀκολουθῶν τοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν ὠθουμένοις, φθάνει, πρὶν ἐπιῤῥαχθῆναι τὰς πύλας, ἐκβιασάμενος εἰς τὸ τεῖχος. ὡς δὲ ὁ στρατηγὸς ἅπαξ τῶν πυλῶν ἐγκρατὴς ἐγένετο, ἠκολούθει καὶ τὸ ἄλλο τῶν Οὐολούσκων πλῆθος. οἱ δὲ Βωλανοὶ, τὸ τεῖχος ἐκλιπόντες, ἔφευγον ἐπὶ τὰς οἰκίας. γενόμενος δὲ καὶ ταύτης κύριος τῆς πόλεως, ἐπέτρεψε τοῖς στρατιώταις τά τε σώματα ἐξανδραποδίσασθαι, καὶ τὰ χρήματα διαρπάσαι· καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἅπασαν ἐκκομίσας τὴν λείαν σὺν χρόνῳ τε καὶ κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν, μετὰ τοῦτο τὴν πόλιν ἐνέπρησεν.

Ἐντεῦθεν δὲ τὴν δύναμιν ἀναλαβὼν ἦγεν ἐπὶ τοὺς XIX.

cedentes per loca decliuia fugere coeperunt, quemadmodum imperator illos monuerat: et Bolani fraudis ignari longius eos persequebantur. sed eos, iam longius a moenibus distractos, Marcius cum lecta iuuenum manu inuasit. Tunc magna eorum, partim resistentium, partim fugientium, caedes est facta. ipse vero a tergo hostibus in vrbem irrumpentibus instans, antequam portae clauderentur, intra moenia vi est ingressus. Vbi autem porta semel in imperatoris potestatem redacta est reliqua etiam Volscorum multitudo sequuta est: at Bolani desertis moenibus in domos confugerunt. Hac quoque vrbe potitus, militibus oppidanos in seruitutem abducere, et pecunias diripere permisit: et eodem modo, quo et ante, omni praeda per otium et sine vllo impedimento exportata, postea oppidum incendit.

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Cat.* 266. *V.C. Var.* 268.

Inde cum exercitu in Labicanos est profectus. Haec autem

q Ἐγκλίναντες *Vat.* quod maluit etiam *Sylb.* cum haec vox alibi vsurpata fuerit, praecipue p. 398. v. 3. vulgo legitur ἐκκλίν.

r Nec

καλουμένους [r] Λαβικανούς. ἦν δὲ καὶ [s] αὕτη τότε Λατίνων ἡ πόλις, Ἀλβανῶν, ὥσπερ [t] καὶ ἄλλαι, ἄποικος. καταπλήξασθαι δὲ βουλόμενος τοὺς ἔνδον, ἔκαιεν αὐτῶν τὴν χώραν εὐθὺς ἐπιὼν, ὅθεν μάλιστα ἔμελλόν ὄψεσθαι τὴν φλόγα. οἱ δὲ Λαβικανοὶ τὸ τεῖχος [u] εὖ κατεσκευασμένον ἔχοντες, οὔτε κατεπλάγησαν αὐτοῦ τὴν ἔφοδον, οὔτε μαλακὸν ἐνέδοσαν οὐδὲν, ἀλλ' ἀντεῖχον ἀπομαχόμενοι γενναίως, καὶ πολλάκις ἐπιβαίνοντας τοῦ τείχους τοὺς πολεμίους [x] ἀπέῤῥαξαν. οὐ μὴν [y] εἰς τέλος γ' ἀντεῖχον, ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἀγωνιζόμενοι, καὶ χρόνον [z] οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον ἀναπαυόμενοι. πολλαὶ γὰρ προσβολαὶ καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἐγίνοντο ὑπὸ τῶν Οὐολούσκων ἐκ διαδοχῆς, ὑποχωρούντων μὲν ἀεὶ τῶν κεκμηκότων, ἑτέρων δὲ

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 ⅔. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

autem ciuitas tunc Latinae gentis et ipſa, vt altera, Albanorum erat colonia. Quum autem oppidanos terrere vellet, vbi primum in eorum agros eſt ingreſſus, villas incendit, qua parte flammam maxime conſpicuam fore putauit. At Labicani, quum moenia bene firma et munita haberent, nec eius aduentu ſunt conſternati, nec vllo modo ei ignauiter ceſſerunt; ſed ſtrenue pugnantes reſtiterunt, et ſaepius hoſtes moenia conſcendentes repulerunt. non ita tamen ad finem vſque reſtiterunt, quod pauci cum multis ſine vlla vel minima temporis intermiſſione pugnarent. Nam Volſci crebro ab omni parte vrbem oppugnabant per vices, et qui defeſſi erant, ſemper ſe recipiebant, et alii recen-

r Nec Graeci, nec Latini libri ſibi conſtant in hoc oppido nominando: modo enim *Labicos* et *Labicanos*, modo *Lavicos* et *Lauicanos;* modo Λαβίκους et Λαβικανοὺς, modo Λαουΐκους et Λαουϊκανοὺς edunt. *Sigon.*

s Αὐτὴ etc.] Forſan conuenientius legemus: ἦν δὲ καὶ αὕτη τῶν Λατίνων ἡ πόλις. *Sylb.*

t Ὥσπερ καὶ ἄλλη] Rectius omnino αἱ ἄλλαι. nam aliquoties ſupra dixit, Albam triginta Latinorum oppidorum fuiſſe matrem. *Sylb.*

u Εὖ κατεσκευασμένον maluit *Gelen.* nam vulgo legitur ἐγκατεσκ.

x Vel ἀπήραξαν legendum, vel ἀπέῤῥαξαν. illud ab ἀπαράττω, hoc ab ἀποῤῥάττω, cui cognatum eſt συῤῥάττειν v. 9. et ἐπιῤῥάττειν v. 26. Vulgo legitur ἀπήῤῥαξαν.

y Εἰς τέλος γε ἀντέσχον *Vat.*

z Optime in *Cod. Vat.* οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον. quod maluit etiam *Sylb.* vulgo οὐ τὸν ἐλ.

a Καὶ

προσιόντων νεαρῶν· πρὸς οὓς ἀγωνιζόμενοι δι' ὅλης ἡμέρας, [a] καὶ οὐδὲ τὸν τῆς νυκτὸς ἀναπαυσάμενοι χρόνον, ἐκλιπεῖν ἠναγκάσθησαν τὸ τεῖχος ὑπὸ κόπου. παραλαβὼν δὲ καὶ ταύτην ὁ Μάρκιος τὴν πόλιν ἐξηνδραποδίσατο, καὶ τοῖς στρατιώταις ἐφῆκε μερίσασθαι τὰς ὠφελείας. ἀναστήσας δὲ τὴν δύναμιν ἐκεῖθεν, ἐπὶ τὴν [b] Πεδανῶν πόλιν· ἦν δὲ καὶ αὐτὴ τοῦ Λατίνων γένους· [c] συντεταγμένην τὴν στρατιὰν ἔχων ἀφικνεῖται, καὶ αὐτὴν ἅμα τῷ πλησιάσαι τοῖς τείχεσιν αἱρεῖ κατὰ κράτος. καὶ τὰ αὐτὰ διαθεὶς, ὅσα τὰς πρότερον ἁλούσας, ἕωθεν εὐθὺς ἀναστήσας τὴν δύναμιν, ἦγεν ἐπὶ Κορβιῶνα. ὄντι δ' αὐτῷ πλησίον τοῦ τείχους, τὰς πύλας ἀνοίξαντες οἱ ἔνδον, ἀπαντῶσιν ἀντιπροτείνοντες ἱκετηρίας, καὶ παραδιδόντες ἀμαχητὶ τὸ τεῖχος. οὓς ἐπαινέσας ὡς τὰ κράτιστα περὶ σφῶν βεβουλευμένους, ἐκέλευσεν ὧν ἔδει τῇ στρατιᾷ φέροντας ἥκειν, ἀργύριον καὶ σῖτον. καὶ λαβὼν, ὅσα προσ-

recentes in ipsorum locum succedebant; cum quibus oppidani *Per. Iul.*
totum diem dimicantes, et ne noctis quidem intermissione data, 4228.
defatigati tandem muros deserere sunt coacti. Marcius, hac *Ante Chr.* 486.
quoque vrbe capta, oppidanos in seruitutem abstraxit, militi- *Olymp.*
busque praedam inter se diuidere permisit. Et motis inde ca- 73 $\frac{2}{3}$.
stris, Pedum vrbem (erat autem et ipsa nominis Latini) instru- *Cat.*
cta acie petiit; eamque, simulatque ad muros appropinquauit, *V.C.* 266.
vi cepit. Et quum eam eodem modo, quo et alias ante captas *Var.*
tractasset, postero die, mane statim inde motis castris, copias 268.
Corbionem duxit. Sed ei, ad muros appropinquanti, oppidani, apertis portis effusi, supplices obuiam venerunt, vrbemque sine vllo proelio ei dediderunt. Quum autem eos laudasset, quod rebus suis optime consuluissent, ipsis imperauit, vt res exercitui necessarias, pecuniam et frumentum, afferrent. Atque vbi, quae-cunque

a Καὶ οὐδὲ τὸν τῆς νυκτὸς *Vat.* vulgatis deest τόν.

b Male in *Ed. Steph.* Πελανῶν, vt constat ex aliis *Dionysii* locis, *Liuio*, et *Steph. Byzant.*

c Post συντεταγμένην desideratur participium ἔχων, vt indicat etiam *Lapi* versio, *instructum habens exercitum. Sylb.* Optime in *Cod. Vat.* συντεταγμένην τὴν στρατιὰν ἔχων ἀφικνεῖται.

d Κατεστρα-

ἔταξεν, ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν Κοριολανῶν πόλιν. παραδόντων δὲ κἀκείνην τῶν ἔνδον ἀμαχητὶ, καὶ ὡς μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀγορᾶς τε παρασχόντων τῇ δυνάμει, καὶ χρήματα, καὶ ὅσα ἄλλα ἐπετέτακτο αὐτοῖς, ἀπῆγε τὴν στρατιὰν, ὡς διὰ φιλίας γῆς. πάνυ γὰρ καὶ τοῦτο ἐσπούδαζεν, ὡς μηδὲν οἱ παραδιδόντες αὐτοῖς τὰς πόλεις πάθοιεν, ὧν φιλεῖ δρᾷν ὁ πόλεμος, ἀλλὰ καὶ γῆν ἀδῄωτον ἀπολαμβάνοιεν, καὶ βοσκήματα, καὶ ἀνδράποδα, ὅσα κατέλιπον ἐπὶ τῶν κτήσεων, κομίζοιντο. αὐλίζεσθαί τ' οὐκ εἴα τὴν δύναμιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἵνα μή τι γένηται δι' ἁρπαγῆς πρὸς αὐτῶν ἢ κλοπῆς κακόν· ἀλλὰ παρὰ τοῖς τείχεσι [d] κατεστρατοπέδευεν.

XX. Ἀπὸ δὲ ταύτης ἀναστήσας τῆς πόλεως, ἤλαυνε τὸν στρατὸν ἐπὶ [e] Βολὰς, ἐπιφανῆ τε τότε οὖσαν, καὶ

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 $\frac{2}{3}$. *Cat. V.C.* 266. *Varr.* 268.

cunque imperarat, accepit, inde copias Coriolos duxit. Quum autem oppidani illam quoque vrbem sine pugna dedidissent, et ingenti alacritate commeatus exercitui praebuissent, et pecunias, et quicquid aliud fuerat ipsis imperatum, exercitum abduxit, tanquam per amicorum agrum. Hoc enim ei magnae curae erat, vt nullum eorum malorum, quae bellum afferre solet, populi, qui vrbes sibi dedebant, paterentur; sed et agrum intactum, et pecus, et mancipia, quae in agris reliquerant, reciperent. nec sinebat copias suas in eorum oppidis stationem habere; ne quid mali, vel ob earum rapinas, vel furta, accideret: sed ad muros castra ponebant.

Inde autem motis castris exercitum duxit ad Bolas, vrbem tunc nobilem, * et rei militaris peritia nulli Latinae

d Κατεστρατοπέδευον] Rectius, vt arbitror, in *Cod. Vat.* κατεστρατοπέδευεν. quod verbo εἴα commode respondet, et ad Marcium satis apte referri potest; vt obseruauit *Portus*.

* Et inter paucissimas Latini generis exquisitam. *Lapus.* Et vnam e primariis Latini generis ciuitatibus numero perexiguis. *Gelen.*

e Βολὰς seu Βωλὰς (vt *Rom. Cod.* habet) agnoscit etiam *Lapi* versio. Sed (cum *Gelenio*, *Glareano*, et *Sigonio*) malim Βοίλλας: praesertim quum a *Stephano* quoque Βοίλλαι, cum gentili Βοίλλανος, citetur e *Dionysii* nostri

[f] ἐν ὀλίγαις πάνυ ταῖς ἡγȣμέναις [g] τȣ̃ Λατίνων γένȣς πόλεσιν ἐξεταζομένην. ȣ̓ προσδεξαμένων δ' αὐτὸν τῶν ἔνδον, ἀλλὰ [h] τῷ τ' ἐρύματι πιςευόντων ἐχυρῷ γε σφόδρα ὄντι, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀπ' αὐτȣ̃ μαχησομένων, παρακαλέσας τὴν δύναμιν ἀγωνίζεσθαι προθύμως, καὶ τοῖς πρώτοις [i] ἐπιβᾶσι τȣ̃ τείχȣς μεγάλας δωρεὰς ὑποσχόμενος, ἔργȣ εἴχετο· καὶ γίνεται περὶ ταύτῃ τῇ πόλει μάχη καρτερά. ȣ̓ γὰρ μόνον ἀπὸ τȣ̃ τείχȣς ἠμύνοντο

tinae gentis populo secundam. Quum autem oppidani eum non recepissent, sed firmis munitionibus et propugnatorum numero freti essent, is suos milites ad alacriter dimicandum cohortatus, et iis, qui primi euasissent, in moenia ampla praemia pollicitus, rem est aggressus: atque ad hanc vrbem acriter pugnatum est. Bolanis enim non satis fuit hostes accedentes a muris

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Cat.* *V. C.* 266. *Var.* 268.

nostri lib. VIII. et Βοϊλλανῶν mentio fuerit supra in Latinorum oppidorum catalogo, p. 312. v. 29. Hanc sententiam firmat, quod apud *Plutarchum* exstat paullo integrius, vna tantum litera mutilatum, Βόλλαι. *Sylb.* Ac sane quis dubitare poterat, legendum esse Βοΐλλαι, quum iam antea *Dionysius* narrauerit, Marcium a Circaeis cepisse Τολερίνȣς καὶ Βωλανȣ́ς: post quae oppida Labicos deinceps, Pedum, Corbionem, Coriolos, et tandem hasce Βοΐλλας petiit. Hoc tamen scrupulum mihi iniicit, priore, an posteriore loco id scripserit *Dionysius*, quod istud κατὰ τȣ̃ πρανȣ̃ς p. 475. v. 20. et p. 476. v. 37. in Bouillas non conuenit, vt quae plano loco in via Appia sitae fuerint. *Cluuer.* Ital. Antiq. l. III. c. 4. p. 919.

f Ita in *Cod. Rom.* [et *Vat.*] quum antea editum fuerit ἐν ὀλίγῳ πάνυ ταῖς ἡγεμονίαις τȣ̃ Λατίνων γένȣς πόλεμον ἐξεταζομένην. vnde legendum coniecerat *Portus*: ἐν ὀλίγαις πάνυ ταῖς ἡγεμονίαις τȣ̃ Λατίνων γένȣς κατὰ πόλεμον ἐξεταζομένην, vel πρὸς ὀλίγας πάνυ ταῖς ἡγεμονίαις etc.

g Τῶν Λατίνων ἔθνȣς in *Cod. Rom.* exiguo sensus discrimine. *Sylb.*

h Τῷ ἐρύματι πιςευόντων ἐχυρῷ τε ὄντι] Malim τῷ τε ἐρύματι πιςευόντων ἐχυρῷ ὄντι, καὶ τῷ πλ. *Sylb.* Optime in *Cod. Vat.* τῷ τε ἐρύματι πιςευόντων ἐχυρῷ γε σφόδρα ὄντι.

i Ἐπιβαλȣ̃σι] Rectius ἐπιβαλȣ̃σι, vt p. 475. v. 43. vel ὑπερβαλȣ̃σι. *Sylb.* Ἐπιλαβȣ̃σι malit *Port.* Verum *Sylburgii* coniecturam feliciorem esse ostendit *Cod. Vat.* qui habet ἐπιβᾶσι τȣ̃ τείχȣς. quo modo legisse visus est *Lapus*, dum vertit: *qui primi muros inuaderent.*

k Malim

τοὺς προσιόντας οἱ [k] Βωλανοὶ, ἀλλὰ καὶ [l] τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐξέθεον ἀθρόοι, καὶ κατὰ τοῦ πρανοῦς ἐώθουν βίᾳ τοὺς [m] ἐφισταμένους· φόνος τε πλεῖστος αὐτόθι τῶν Οὐολούσκων ἐγένετο, καὶ χρόνος τῆς τειχομαχίας πολὺς, τοῦ τε κρατήσειν τῆς πόλεως ἄπορος ἅπασιν ἡ ἐλπίς. ἀλλὰ τῶν ἀπολλυμένων ἄδηλον ἐποίει τὴν ἀπουσίαν ὁ στρατηγὸς, ἀντικαθιστὰς ἑτέρους· τῶν δὲ καμνόντων παρεθάῤῥυνε τὴν προθυμίαν, ἐπὶ τὸ πονοῦν μέρος τῆς στρατιᾶς αὐτὸς ὠθούμενος. ἦν τ' οὐχ ὁ λόγος αὐτοῦ μόνον ἐπαγωγὸς ἐπὶ τὸ εὔψυχον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα. πάντα γὰρ ὑφίστατο κίνδυνον, καὶ οὐδεμιᾶς πείρας ἀπελείφθη, ἕως ἑάλω τὸ τεῖχος. κρατήσας δὲ καὶ ταύτης σὺν χρόνῳ τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἁλόντων τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διαφθείρας, τοὺς δ' αἰχμαλώτους λαβὼν, ἀπῆγε τὴν δύναμιν, ἐπιφανεστάτην νίκην ἐξενεγκάμενος, καὶ λάφυρα κάλλιστα καὶ πλεῖστα ἄγων, χρήμασί τε παμπόλλοις,

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Car. V.C.* 266. *Var.* 268.

a muris repellere; sed etiam apertis portis conferto agmine eruptionem fecerunt, aduersosque per decliuia loca vi depulerunt: ibique maxima Volscorum caedes facta, et oppugnatio diuturna fuit, vrbisque expugnandae tenuem spem omnes habebant. Sed imperator, in cadentium locum alios substituens, efficiebat, ne militum caesorum *absentia cognosceretur: alacritatem autem eorum, qui ab hoste premebantur, ipsemet, partem exercitus laborantem adeundo, confirmabat: nec verbis tantum, sed etiam factis, exemploque suo ad fortitudinem eos impellebat. Nam quoduis periculum subibat, et nihil intentatum reliquit, donec vrbs expugnata esset. Hoc quoque oppido tandem potitus, postquam oppidanos expugnatos partim iure belli interfecit, partim viuos cepit, victoria maxime insigni relata, exercitum, pulcherrimis plurimisque spoliis onustum, permultisque pecuniis,

k Malim Βοϊλλανοί. quo modo, vel Ἀβολανοὶ, ex *Plinio* legendum censuit *Glareanus. Sylb.*

l Τὰς πύλας ἐξέθεον ἀνοίγοντες] Planiore verborum ordine lege, τὰς πύλας ἀνοίγοντες, ἐξέθεον ἀθρ. *Sylb.*

m Rectius forsan ὑφισταμένους, vt p. 477. v. 3. *Sylb.*

* i. e. numeri diminutio.

n Melius

ὧν ἐγκρατὴς ἐγένετο· ἦν δ' αὐτόθι, ὅσα ἐν ὀυδενὶ τῶν ἁλόντων χωρίων· πλȣτίσας τὴν ϛρατιάν.

Μετὰ τȣ̃το χώρα τε, ὅσην διαπορεύοιτο, ὑποχεί- XXI. ριος ἦν, καὶ πόλις ȣ̓δεμία ἠναντιȣ̃το ἔξω Λαȣϊνίȣ, ἣν πρώτην τε πόλιν οἱ σὺν Αἰνείᾳ κατάραντες εἰς Ἰταλίαν Τρῶες ἔκτισαν, καὶ ἀφ' ἧς τὸ Ῥωμαίων ἦν γένος, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται. οἱ δ' ἐν ταύτῃ κατοικȣ̃ντες, [n] πάντα πρότερον· ᾤοντο δεῖν ὑπομένειν, ἢ τὸ πρὸς τȣ̀ς ἀπογόνȣς σφῶν πιϛὸν ἐγκαταλιπεῖν. ἐγένοντο μὲν ȣ̃ν καὶ τειχομαχίαι τινὲς αὐτόθι καρτεραὶ, καὶ πρὸ τῶν ἐρυμάτων ὀξεῖαι μάχαι. ȣ̓ μὴν ἑάλω γε τὸ τεῖχος [o] κατὰ κράτος τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ, ἀλλ' ἐδόκει χρόνȣ δεῖν τῇ πολιορκίᾳ καὶ τριβῆς. ἀποϛὰς ȣ̃ν τῆς πολιορκίας ὁ Μάρκιος, [p] περιετάφρευσε κύκλῳ τὴν πόλιν καὶ ἀπεϛαύρȣ, τὰς ὁδȣ̀ς φυλάττων, ἵνα μήτ' ἀγορὰ, μήτ' ἐπικȣρία

cuniis, quas adeptus fuerat, (ibi enim, quanta in nulla alia ca- *Per. Iul.* ptarum vrbium, copia inuenta eſt) ditatum abduxit. 4228.

Poſtea quacunque iter feciſſet, ager erat in eius poteſtate; *Ante Chr.* 486. nec oppidum vllum ei reſiſtebat praeter Lauinium, quam vr- *Olymp.* bem primam Troiani Aeneae ſocii, quum ad Italiam appuliſ- 73 $\frac{2}{3}$. ſent, condiderunt, vnde Romani originem ducebant, vt ante *Cat.* declaraui. Eius igitur incolae quiduis potius ſibi perferendum, *V.C.* 266. quam fidem erga ſuos nepotes deſerendam putabant. Ibi igitur *Var.* 268. aliquoties in oppugnationibus acriter pugnatum eſt, proeliaque atrocia pro munitionibus facta. Verumtamen haud primo impetu vrbs expugnata eſt: ſed obſidio et mora indigere ac diuturna fore videbatur. Marcius igitur, obſidione omiſſa, vrbem foſſa valloque circumdedit, vias obſeruans, ne quis commeatus, aut auxilia externa

n Melius in *Cod. Vat.* πάντα πρότερον ᾤοντο δεῖν ὑπομένειν, ἢ τὸ πρὸς τȣ̀ς προγόνȣς σφῶν Ῥωμαίȣς πιϛὸν ἐγκαταλιπεῖν. atque eodem plane modo *Lapus*, qui vertit: *eſſe potius omnia omnino grauia ſuſtinenda, quam in nepotes ſuos Romanos fidem relinquendam:* niſi quod forſan ἀπογόνȣς pro προγόνȣς legerit, vt exiſtimant *Sylb.* et *Port.* Loco v. πρότερον eſt in vulgatis τρόπον.

o Ἀπὸ κράτȣς *Vat.*

p Rectius περιετάφρευε: eodem ſcilicet tempore, quo ſequitur ἀπεϛαύρȣ. *Sylb.*

τις [q] αὐτοῖς ἔξωθεν προσγένηται. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν τε [r] κεκρατημένων ἤδη πόλεων τὸν ὄλεθρον ἀκούοντες, καὶ τῶν [s] προσεθειμένων τῷ Μαρκίῳ τὴν ἀνάγκην, ταῖς τε πρεσβείαις ἐνοχλούμενοι ταῖς ἀφικνουμέναις ὡς αὐτοὺς ὁσημέραι παρὰ τῶν μενουσῶν ἐν τῇ φιλίᾳ, καὶ δεομένων βοηθείας, τοῦ τε Λαουϊνίου τὸν περιτειχισμὸν ὀρρωδοῦντες ἐν χερσὶν ὄντα, καὶ εἰ τόδε τὸ φρούριον ἁλώσεται, τὸν πόλεμον ἐπὶ σφᾶς ἥξειν εὐθὺς οἰόμενοι, μίαν ὑπέλαβον ἔσεσθαι ἁπάντων τῶν κακῶν λύσιν, εἰ ψηφίσαιντο τῷ Μαρκίῳ τὴν κάθοδον. καὶ ὅ τε δῆμος [t] ἅπας ἐβόα τοῦτο, καὶ οἱ δήμαρχοι νόμον εἰσφέρειν ὑπὲρ ἀκυρώσεως τῆς καταδίκης ἐβούλοντο· ἀλλ' οἱ πατρίκιοι ἠναντιώθησαν αὐτοῖς, οὐκ ἀξιοῦντες τῶν δεδικασμένων λύειν οὐθέν. μὴ γενομένου δὲ προβουλεύματος ὑπὸ τῆς βουλῆς, οὐδὲ τοῖς δημάρχοις ἔτι [u] προθεῖναι γνώμην εἰς τὸν δῆμον ἐδόκει. ὃ καὶ θαυμάζειν ἄξιον, ἀφ' ἧς δήποτ' αἰτίας ἡ βουλὴ

Per. Iul. 4228. Ante Chr. 486. Olymp. 73 2/3. Cat. 266. V.C. Var. 268.

externa ad illos venirent. Romani vero, quum tot vrbium iam captarum excidium audirent, aliarumque neceſſitatem, qua compulſae Marcio ſe adiunxerant, fatigati quotidianis legationibus ad ſe miſſis a ciuitatibus in amicitia permanentibus et auxilia implorantibus, ad haec praeſenti Lauinii circumuallatione territi, et, ſi hoc oppidum caperetur, arma ſtatim in ſe conuerſum iri exiſtimantes, vnum omnium malorum remedium fore credebant, ſi Marcio reditus in patriam decerneretur. et tota plebs vociferabatur, tribunique legem de abroganda eius damnatione ferri cupiebant: ſed patricii illis aduerſabantur, quia nihil, quod ſemel fuiſſet iudicatum, irritum fieri volebant. Quum autem nullum ſenatusconſultum factum fuiſſet, ne tribuni quidem rem amplius ad populum referendam exiſtimarunt. quod ſane mirandum eſt, curnam ſenatus, qui antea Marcii

q Pro αὐτῶν legendum potius αὐτῇ, vel αὐτοῖς. *Sylb.*

r Κεκρατημένων ἤδη πόλεων *Vat.* vulgo κεκρ. πόλεων ἤδη.

s Προσθεμένων *Vat.*

t Ἅπας ἐβόα τοῦτο, καὶ οἱ *Vat.* Pronomen abeſt a vulgatis.

u Προσθεῖναι ſupra quoque in ſimili loquendi genere legitur p. 429. v. 4. Sed alibi frequentius προθεῖναι. *Sylb.* Προθεῖναι in *Cod. Vat.*

x Non

σπουδάζουσα τὸν [x] ἔμπροσθεν χρόνον ὑπὲρ τοῦ Μαρκίου τότε βουλομένῳ τῷ δήμῳ κατάγειν αὐτὸν, ἠναντιώθη· πότερα πεῖραν αὐτοῦ ποιουμένη τῆς γνώμης, ἢ τῷ μὴ συγχωρεῖν [y] ἑκάςῳ ἑτοίμως, ἐπὶ τὸ μᾶλλον αὐτὸν σπουδάζειν παρορμῶσα, ἢ [z] τὰς καθ' ἑαυτῆς ἀπολύσασθαι βουλομένη διαβολὰς ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς, ὧν ἔπραττεν ὁ ἀνὴρ, μήτε αἰτία, μήτε συνεργὸς εἶναι. χαλεπὸν γὰρ ἦν ἀπόῤῥητον αὐτῆς γενόμενον τὸ βούλευμα συμβαλεῖν.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα παρ' αὐτομόλων τινῶν ὁ Μάρκιος, ὡς εἶχεν ὀργῆς, εὐθὺς ἀναςήσας τὴν δύναμιν, ἦγεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, φυλακὴν τοῦ Λαουινίου τὴν ἀρκοῦσαν καταλιπών· καὶ αὐτίκα τῆς πόλεως [a] ςαδίους τετταράκοντα ἀποσχὼν, κατεςρατοπέδευσε περὶ τὰς καλουμένας [b] Κλοιλίας τάφρους. μαθοῦσι δὲ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ [c] τοῖς κατὰ τὴν πόλιν τοσοῦτος ἐνέπεσε θόρυβος, XXII.

Marcii adeo ſtudioſus erat, tunc tamen plebi eum reducere volenti aduerſatus fuerit: vtrum *id fecerit*, vt animos eius exploraret; an vt magis eius deſiderium accenderet, ſi ſe facilem quibuslibet eius poſtulatis non praeberet; an quod vellet crimina ſibi falſo obiecta diluere, vt ita ſe nullius facinoris ab illo patrati aut auctorem, aut ſocium fuiſſe fidem faceret, *incertum eſt*. difficile enim erat ſecretum eius conſilium aſſequi coniectura.

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 $\frac{2}{3}$. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

Marcius autem, his per quoſdam transfugas cognitis, vt erat iratus, ſtatim motis inde caſtris, Romam cum copiis contendit, exercitus parte, quanta opus erat, ad Lauinii cuſtodiam relicta; et mox ad foſſas Cluilias, circiter ſtadia quadraginta ab vrbe diſtantes, caſtra poſuit. Cuius aduentu in vrbe cognito, maximus

x Non agnoſcit *Vat.* τε, illudque vel redundare, vel in γε mutandum eſſe cenſuit *Sylb.*

y Pro ἑκάςῳ aptius legas αὐτῷ, vel αὐτό. *Sylb.* Vocabulum hoc plane omittit *Vat.*

z Τὰς ἴσας καθ' ἑαυτῆς *Vat.*

a Pro ςαδίους τετταράκοντα *Livius* habet *quinque millia paſſuum*. recte. nam mille vnum facit octo ſtadia, vt teſtatur *Plutarchus* in Gracchis. *Sylb.*

b Κλυΐας *Vat.*

c Τοῖς κατὰ τὴν πόλιν *Vat.* quo modo legendum eſſe monuerunt *Sylb.* et *Port.* articulo τοῖς carent vulgatae.

ὡς αὐτίκα [d] τοῖς τείχεσι τȣ͂ πολέμȣ προσάξοντος. ὥστε οἱ μὲν ἐπὶ τὰ τείχη, τὰ ὅπλα λαβόντες, ἔθεον ἄνευ παραγγέλματος· οἱ δ' ἐπὶ τὰς πύλας κατὰ πλῆθος ἐφέροντο χωρὶς ἡγεμόνος· οἱ δὲ, τȣ̀ς δȣ́λȣς καθοπλίσαντες, ἐπὶ τοῖς [e] τέγεσι των οἰκιῶν [f] ἔστησαν· οἱ δὲ τήν τ' ἄκραν καὶ τὸ Καπιτώλιον, καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς ἐρυμνȣ̀ς τόπȣς τῆς πόλεως κατελαμβάνοντο· γυναῖκές τε λελυμέναι τὰς κόμας, ἐπὶ τὰ τεμένη καὶ τȣ̀ς νεὼς ἔθεον, ὀλοφυρόμεναί τε καὶ δεόμεναι τῶν θεῶν, ἀποστρέψαι τῆς πόλεως τὸν ἐπιόντα [g] φόβον. ὡς δὲ ἥ τε νὺξ παρῆλθε, καὶ τῆς ἐπιȣ́σης ἡμέρας τὸ πλεῖστον, καὶ ὧν ἐδεδοίκεσαν ȣ̓δὲν ἐγίνετο, ἀλλ' ἔμενεν ὁ Μάρκιος ἐφ' ἡσυχίας, συνέδραμον ἅπαντες εἰς τὴν ἀγορὰν οἱ δημοτικοὶ, καὶ τȣ̀ς πατρικίȣς ἐκάλȣν εἰς τὸ βȣλευτήριον· καὶ εἰ μὴ

Per. Iul. 4228. Ante Chr. 486. Olymp. 73 2/3. Cat. V.C. 266. Var. 268.

maximus exortus eſt tumultus, quaſi iamiam moenia eſſent oppugnanda. quare alii ad muros correptis armis nullius iuſſu currebant; alii ad portas conglobati ſine duce ferebantur; alii ſeruis armatis ad parietes domeſticos ſtabant; alii * arcem Capitolinam et caetera loca vrbis munita occupabant: et mulieres ſolutis crinibus ad delubra templaque currebant, lugentes, et ſuppliciter a diis petentes, vt imminens periculum ab vrbe auerterent. Sed quum nox illa praeteriiſſet, et diei ſequentis maxima pars, et eorum, quae timuerant, nihil accidiſſet, ſed Marcius quieſceret, nec quidquam moueret, omnes plebeii in forum concurrerunt, et patricios in curiam vocarunt; et niſi reditum

d Malim τὸν πόλεμον προσάξοντος, ſc. Μαρκίȣ. ſic enim *Dionyſius*, de eodem Marcio verba faciens, alibi loquitur, εἰ τολμήσειε προσάγειν τοῖς τείχεσι τὸν πόλεμον. *Port.*

e Τείχεσι] Quod τείχη priuatis aedibus tribui non ſoleant, *Lapus* legit ἐπὶ τοίχοις, *ſuper parietes aedium.* Sed procul dubio legendum ἐπὶ τέγεσι, *ſuper tectis*, vt alibi loquitur *Dionyſius* noſter. *Sylb.*

f In *Cod. Vat.* ἵστασαν.

* Rectius *Lapus*, qui vertit *arcem et Capitolium.* quum non vnicam fuiſſe ἄκραν oſtendat hic locus *Dionyſii*; τὰς ἄκρας καὶ τȣ̀ς ἐρυμνȣ̀ς τόπȣς τῆς πόλεως καταλαβέσθαι. Sed hic poſt τήν τε ἄκραν fortaſſe nomen eius addiderat. *Steph.*

g φόβον appellat periculum terroris plenum. *Port.*

h Πρo-

[h] προβουλεύσωσι τῷ ἀνδρὶ τὴν κάθοδον, αὐτοὶ [i] βουλεύσεσθαι περὶ σφῶν αὐτῶν ἔφασαν ὡς προδεδομένοι. τότε δὴ συνελθόντες εἰς τὴν βουλὴν οἱ πατρίκιοι, ψηφίζονται πρεσβευτὰς πρὸς τὸν Μάρκιον ἀποστεῖλαι πέντε ἄνδρας ἐκ τῶν πρεσβυτάτων, οὓς μάλιστα ἐκεῖνος ἠσπάζετο, περὶ διαλύσεώς τε καὶ φιλίας διαλεξομένους. ἦσαν δὲ οἱ προχειρισθέντες ὑπ' αὐτῶν ἄνδρες οἵδε, [k] Μάρκος Μινύκιος, καὶ [l] Πόστουμος Κομίνιος, καὶ Σπόριος Λάρκιος, καὶ Πόπλιος Πινάριος, καὶ Κόϊντος Σουλπίκιος, ἅπαντες ὑπατικοί. ὡς δ' ἀφίκοντο ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ ἔγνω τὴν παρουσίαν αὐτῶν ὁ Μάρκιος, καθεζόμενος ἅμα τοῖς ἐπιφανεστάτοις Οὐολούσκων τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων, ἔνθα πλεῖστοι ἔμελλον [m] ἀκούσεσθαι τῶν λεγομένων, ἐκέλευσε καλεῖν τοὺς ἄνδρας. εἰσελθόντων δ' αὐτῶν, ἤρξατο τοῦ λόγου Μινύκιος, ὁ πλεῖστα κατὰ τὸν τῆς ὑπατείας χρόνον σπουδάσας ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τοῖς δημοτικοῖς ἐναντιωθείς, καὶ ἔλεξε τοιάδε.

Per. Iul. 4228. Ante Chr. 486. Olymp. 73 2/3. Cat. V. C. 266. Var. 268. Legatio ad Marcium.

reditum homini senatusconsulto decreuissent, se sibi ipsis, vtpote proditis, consulturos dixerunt. Tunc igitur patricii, quum in curiam conuenissent, decreuerunt legatos ad Marcium mittere, quinque viros ex maximis natu, illi carissimos, vt de pace et amicitia agerent. Legatorum autem ab illis delectorum haec fuere nomina, Marcus Minucius, Postumus Cominius, Spurius Largius, Publius Pinarius, et Quintus Sulpicius, omnes viri consulares. Qui vbi ad castra venerunt, et Marcius eorum aduentum cognouit, sedens cum nobilissimis Volscorum et sociorum in eo loco, vnde maxime exaudiri possent ea, quae dicerentur, eos ad se vocari iussit. Qui quum ingressi fuissent, Minucius, qui plurimum in suo consulatu eius caussa laborarat, et plebi vehementissime aduersatus fuerat, exorsus huiusmodi habuit orationem.

„Omnes

h Προβουλεύσουσι *Vat.*

i Βουλεύεσθαι] Si βουλεύσεσθαι malis, per me licet. *Sylb.*

k Μάρκιος male in *Ed. Steph.*

l Ποστούμιος *Vat.*

m Ἀκούεσθαι] Optime in *Cod. Vat.* πλεῖστοι ἔμελλον ἀκούσεσθαι. nec aliter in *Lapi Cod.* nam vertit: *vnde multi audituri erant, quae dicerentur.*

n Lectio-

XXIII. „Ὅτι μὲν οὐ δίκαια πέπονθας ὑπὸ τοῦ δήμου, ὦ Μάρκιε, μετ᾽ αἰσχρᾶς αἰτίας ἐξελαθεὶς ἐκ τῆς πατρίδος, ἅπαντες ἴσμεν· καὶ οὐδὲν οἰόμεθά σε ποιεῖν θαυμαστὸν, εἰ χαλεπαίνεις καὶ ἀγανακτεῖς ἐπὶ ταῖς τύχαις. κοινὸς γὰρ δὴ τῆς ἁπάντων φύσεως οὗτος ὁ νόμος, ἐχθρὸν εἶναι τῷ δράσαντι τὸ πεπονθὸς κακῶς. ὅτι δ᾽ οὐ μετὰ λογισμοῦ σώφρονος ἐξετάζεις, οὓς ἀμύνεσθαί τε καὶ τιμωρεῖσθαί σοι προσήκει, οὐδὲ μετριάζεις περὶ τὴν ἀνάπραξιν τῆς δίκης, ἀλλ᾽ ἐν τῷ αὐτῷ τίθεσαι τά τ᾽ ἀναίτια τοῖς αἰτίοις, καὶ τὰ φίλια τοῖς πολεμίοις, νόμους τε κινεῖς φύσεως ἀκινήτους, καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς συνταράττεις ὅσια, καὶ οὐδὲ σεαυτὸν, ἐξ ὧν τε καὶ ὅστις ἔφυς, ἔτι μέμνησαι, τοῦτο τεθαυμάκαμεν. ἥκομέν τε ἀποσταλέντες ὑπὸ τοῦ κοινοῦ πρέσβεις οἱ προὔχοντες ἡλικίᾳ τῶν πατρικίων, καὶ περί σε προθυμότατοι, μεμιγμένην φέροντες δικαιολογίαν παραιτήσει, [n] καὶ ἐφ᾽ οἷς

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

„Omnes ſcimus, Marci, te iniuria a plebe affectum, qui turpis criminis reus peractus patria pulſus fueris; nec putamus, mirandum eſſe, quod indigneris, et hanc aduerſam fortunam iniquo animo feras. Hoc enim communi naturae lege apud omnes eſt receptum; vt, qui iniuriam eſt paſſus, ei ſit infenſus, a quo eam accepit. Verum illud miramur, quod non recta ratione, nec prudenter inquiras, quos vlciſci et quos vindicare tibi conueniat, nec modum vllum in exigendis poenis ſerues: ſed eodem modo inſontes, quo ſontes, et amicos, quo inimicos tractes, immobileſque naturae leges violes, et iura diuina confundas, atque adeo ne recorderis quidem amplius tui ipſius, quibuſnam ortus, et quiſnam ſis. et nos e patriciis natu maximi, tuique ſtudioſiſſimi, legati a republica venimus, vt defenſionem cum deprecatione mixtam afferamus, et nunciemus, quibus

n Lectionem hanc agnoſcit etiam *Lapus*, dum vertit: *et renunciantes, quibus conditionibus poſtulemus te cum plebe inimicitiam deponere.* Locum hunc *Gelenius* per hypallagen verterat: *accepturique viciſſim conditiones pacis, quas velis renunciari populo. Sylb.*

o Ἀπαγ-

ἀξιοῦμέν σε διαλύσασθαι τὴν ἔχθραν πρὸς τὸν δῆμον, [o] ἀπαγγελοῦντες· πρὸς δὲ τούτοις, ἃ νομίζομεν εἶναι κάλλιστα καὶ συμφορώτατά σοι, ταῦτα παραινέσοντες.»

»Ἀρχέτω δὲ ὁ περὶ τῶν δικαίων λόγος. συνέστη τὸ XXIV. δημοτικὸν ἐπί σοι παροξυνθὲν ὑπὸ τῶν δημάρχων, καὶ ἧκον ὡς ἀποκτενοῦντές σε ἄκριτον, οἷς φοβερὸς ἦσθα. τοῦτο τὸ ἔργον ἐκωλύσαμεν ἡμεῖς οἱ ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ παρέσχομέν σοι μηθὲν, ὃ μὴ δίκαιον ἦν τότε παθεῖν. μετὰ τοῦτο προὐκαλοῦντό σε οἱ κωλυθέντες ἀνελεῖν [p] ἐπὶ δίκην, αἰτιασάμενοι πονηροὺς εἰπεῖν κατ᾽ αὐτῶν ἐν τῇ βουλῇ λόγους. ἐνέστημεν καὶ πρὸς τοῦτο, ὡς οἶσθα, καὶ οὐκ ἐπετρέψαμεν, οὔτε γνώμης, οὔτε λόγων ὑποσχεῖν σε δίκας. [q] ἀποτυχόντες καὶ τούτου, τελευτῶντες ἧκον ἐφ᾽ ἡμᾶς, [r] αἰτιώμενοί σε τυραννίδι ἐπιτίθεσθαι. πρὸς ταύτην αὐτὸς ὑπέμεινας ἀπολογήσασθαι τὴν αἰτίαν, ἐπεὶ πάμπολυ ἀπεῖχες αὐτῆς, καὶ παρέσχες τοῖς δημοτικοῖς περὶ σεαυτοῦ τὴν ψῆφον ἀναλαβεῖν. ἡ βουλὴ δὲ

quibus conditionibus poſtulemus, vt cum plebe in gratiam redeas; praeterea vt iis de rebus te admoneamus, quas et pulcherrimas eſſe, tibique maxime conducere putamus.„ Per. Iul. 4228. Ante Chr. 486. Olymp. 73 $\frac{2}{3}$. Cat. U.C. 266. Var. 268.

„Ac primum quidem de iure verba faciamus. Conſpiravit in te plebs a tribunis concitata, teque indemnatum occidere ſunt conati, quibus eras formidabilis. Hoc ne fieret, nos ſenatores prohibuimus, effecimuſque, ne quid contra ius tunc patereris. Poſtea qui te interficere prohibiti ſunt, criminantes te in ſenatu ſibi maledixiſſe, diem tibi dixerunt, qua ad cauſſam dicendam apud populum venires. Hic quoque, vt ſcis, reſtitimus, nec te vel ſententiae dictae, vel orationis habitae, poenas luere paſſi ſumus. Quum hoc quoque fruſtrati fuiſſent, tandem nos adierunt, tibi tyrannidis affectatae crimen obiicientes. ad hoc crimen refellendum ipſe venire non dubitaſti, quod ab eius culpa plurimum aberas, et te plebis iudicio permiſiſti. at tunc

o Ἀπαγγέλλοντες] Ἀπαγγελοῦντες *Vat.*

p Ἐπὶ δίκης *Vat.*

q Coniunctio δὲ poſt ἀποτυχόντες videtur deſiderari. *Sylb.*

r Αἰτιώμενοι τυραννίδα. ἐπὶ ταύτην] Αἰτιώμενοί σε τυραννίδι *Vat.*

καὶ τότε παρῆν, καὶ πολλὰς ἐποιεῖτο δεήσεις περί σου. τίνος οὖν ἡμεῖς οἱ πατρίκιοι τῶν συμβεβηκότων κακῶν γεγόναμεν αἴτιοι; καὶ διὰ τί πολεμεῖς ἡμῖν τοσαύτην εὔνοιαν ἀποδειξαμένοις περί σε κατὰ τὸν τότε ἀγῶνα; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ δημοτικὸν ἅπαν ἐξελαθῆναί σε βουλόμενον εὑρέθη. [s] δυσὶ γὰρ ἑάλως ψήφοις μόναις. ὥστ' οὐδὲ τούτοις ἂν εἴης σὺν δίκῃ πολέμιος, οἵ σε ὡς οὐδὲν ἀδικοῦντα ἀπέλυσαν. τίθημι δ', εἰ βούλει, πᾶσι μὲν τοῖς δημόταις δόξαν, ὅλῃ δὲ τῇ βουλῇ φανὲν, ταύτῃ χρήσασθαί σε τῇ συμφορᾷ, καὶ δίκαιον εἶναί σου τὸ πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς μῖσος· ἀλλ' αἱ γυναῖκές σε, ὦ Μάρκιε, τί δεινὸν εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅτου πολεμεῖς αὐταῖς; ποίαν ἐπενέγκασαι περὶ φυγῆς ψῆφον; ἢ τίνας εἰποῦσαι πονηροὺς λόγους; τί δὲ οἱ παῖδες ἡμῶν δράσαντες ἢ [t] διανοηθέντες ἄδικον περί σου, κινδυνεύουσιν ὑπὲρ αἰχμαλωσίας καὶ τῶν ἄλλων, ἃ παθεῖν αὐτοὺς εἰκὸς, ἐὰν ἡ πόλις ἁλῷ; οὐ τὰ δίκαια διαιτᾷς, ὦ Μάρκιε, [u] καὶ,

Per. Iul. tunc quoque senatus adfuit, et tua caussa multas preces adhi-
4228. buit. Cuiusnam igitur mali, quod tibi acciderit, nos patricii
Ante Chr. 486. auctores fuimus? et cur nos bello petis, qui tantam erga te
Olymp. beneuolentiam in tua caussa periculoque tunc demonstraui-
73 2/3. mus? imo ne plebem quidem totam te expulsum voluisse satis
Cat. constat. duobus enim tantum suffragiis damnatus fuisti. Quare
V.C. 266. ne his quidem iure hostis esse potes, qui te vt insontem absol-
Var. verunt. Sed faciamus, si libet, te totius plebis et totius sena-
268 tus communi sententia in hoc infortunium incidisse, et tuum in nos omnes odium iustum esse; quid tamen damni mulieres, Marci, tibi dederunt, vt bellum illis inferres? quod suffragium tulerunt, vt in exsilium pellereris? quam malam concionem aduersus te habuerunt? quod vero facinus iniustum nostri liberi, aut fecerunt, aut cogitarunt contra te, vt nunc illis immineat periculum seruitutis, et aliorum malorum, quae, si per vim vrbs capiatur, eos passuros verisimile est? Non recte sentis, nec iuste facis, Marci, qui

s Δυσὶ γοῦν ἑάλως *Vat.*

t Διανοηθέντες ἀδικεῖν περί σου *Vat.*

u *Lapus* pro καὶ non absurde legit εἰ: *non recte iudicas, si eodem modo odisse oportere putas.*

εἰ τοῦτον οἴει δεῖν τὸν τρόπον τὰ ὑπαίτια καὶ ἐχθρὰ μισεῖν, ὥστε μηδὲ τῶν ἀναιτίων φείδεσθαι καὶ φίλων, [x] οὐκ ἄρα τὰ προσήκοντα ἀνδρὶ ἀγαθῷ φρονεῖς. ἵνα δὲ ἅπαντα ταῦτα ἀφῶ, τί ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὦ πρὸς Διός, εἴ τις ἔροιτό σε, τοὺς δὲ δὴ τάφους τῶν προγόνων, τί παθὼν ὑπ' αὐτῶν, ἀνασκάπτεις, καὶ τιμάς, ἃς κομίζονται παρ' ἀνθρώπων, ἀφαιρῇ; θεῶν δὲ βωμοὺς καὶ τεμένη καὶ νεώς, τίνος ἀδικήματος ὀργῇ συλᾷς καὶ κατακαίεις, καὶ ἀνατρέπεις, καὶ σεβασμῶν οὐκ ἐᾷς τυγχάνειν τῶν νομίμων; τί πρὸς ταῦτα φαίης ἄν; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲν ὁρῶ. [y] ταῦτά σοι περί τε ἡμῶν, ὦ Μάρκιε, καὶ τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ περὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν, οὓς ἀπολέσαι προθυμῇ, κακὸν οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν πεπονθώς, τάφων τε καὶ ἱερῶν καὶ πόλεως τῆς γειναμένης τε καὶ θρεψαμένης, τὰ δίκαια εἰρήσθω."

[z] „Ἀφαιρέσει δὲ δὴ πάντας μὲν ἀνθρώπους καὶ τοὺς XXV.

qui putas, ita fontes et inimicos odio persequendos, vt ne insontibus quidem et amicis parcatur. Non igitur cogitas, quod virum bonum decet. Sed vt haec omnia omittam, quid, per Iouem, respondere posses, si quis te interrogaret: quanam iniuria a maioribus lacessitus eorum monumenta euertis, et honores illis ab hominibus delatos eripis? deorum vero aras, delubra, et templa, qua iniuria ab illis accepta offensus diripis, incendis, subuertis, deosque cultu solenni et legitimo priuas? quid ad haec respondere posses? Equidem nihil video. Atque, quod attinet ad ius, haec et pro nobis, Marci, et pro senatu, et pro caeteris ciuibus, quos perdere cupis, nulla iniuria ab illis affectus, et pro sepulcris, et templis, et vrbe, quae te genuit et educauit, dicta sint."

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 $\frac{2}{3}$. *V.C. Cat.* 266. *Var.* 268.

„An igitur decebat, omnes homines, et eos, qui nullam tibi

putas. Sylb. Legitima constructio postulat, vt legamus, ὃς τοῦτον οἴει δεῖν etc. *Lapi* tamen lectio non displicet. *Port.*

x Οὐκ ἄρα τὰ προσήκοντα *Vat.* articulus deest vulgatis.

y Ταῦτά σοι περί τε ἡμῶν αὐτῶν, ὦ Μάρκιε, etc. *Vat.*

z *Lapus* pro ἀφαιρέσει legit ἀναιρέσει, *euersione*, quasi ἀναιρέσει δίκας δοῦναι sit euerti atque deleri ad persoluendas poenas. Verius forsan ἀμέλει, *nempe*, *nimirum*, *scilicet*. *Sylb.*

μηδὲν ἀδικοῦντάς σε, γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις δίκας σοι δοῦναι προσῆκεν, πάντας δὲ θεούς τε καὶ ἥρωας καὶ δαίμονας, πόλιν τε καὶ χώραν ἀπολαῦσαι τῆς τῶν δημάρχων ἀνοίας, καὶ μηδὲν ἐξαίρετον, μηδὲ ἀτιμώρητον ἀφεῖσθαι μέρος ὑπό σου, οὐχ ἱκανὰς ἤδη παρὰ πάντων εἰσπέπραξαι δίκας, τοσοῦτον μὲν φόνον [a] ἐργασάμενος ἀνθρώπων, τοσαύτην δὲ χώραν πυρὶ καὶ σιδήρῳ λωβησάμενος, τοσαύτας δὲ πόλεις ἐκ βάθρων ἀναστήσας, [b] ἑορτὰς δὲ καὶ θυσίας καὶ σεβασμοὺς [c] θεῶν ἢ δαιμόνων, ὡς ἐν πολλοῖς τόποις ἀνεόρτους ἀναγκάσας γενέσθαι καὶ ἀθύτους, καὶ τιμῶν νομίμων ἀμοίρους; ἐγὼ μὲν [[d] οὖν"] οὐκ ἠξίουν ἄνδρα, ὅτῳ φροντὶς ὁποσηοῦν ἀρετῆς ἐστιν, οὔτε [e] συναναιρεῖν τοῖς ἐχθροῖς τὰ φίλια, οὔτε χαλεπὸν ὀργὴν εἶναι καὶ ἀπαραίτητον εἰς τοὺς ἐξαμαρτάνον-

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 $\frac{2}{3}$. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

tibi iniuriam fecerunt, vna cum ipsis coniugibus et liberis tibi poenas dare, ita vt funditus euerterentur, omnesque deos et heroas et genios, ipsamque rempublicam et agros tribunorum dementiam luere, ita vt nihil exciperetur, et nihil inultum a te relinqueretur? Annon satis poenarum ab omnibus iam exegisti, tanta caede facta, tot agris igne ferroque vastatis, tot vrbibus funditus euersis, tot festis et sacrificiis et deorum geniorumque cultibus sublatis, ita vt multis in locis, nec dies festi celebrentur, nec sacrificia fiant, nec diis honores legitimi tribuantur? Equidem existimo indignum viro, cui virtus quantulaecunque curae est, si sine vllo discrimine inimicos et amicos occidat, et grauem atque implacabilem iram gerat in eos, a quibus

a Ἐργασάμενος ἀνθρώπων, τοσαύτην etc. in *Cod. Vat.* vulgo deest vocabulum medium.

b Sensus et legitima verborum sententiarumque connexio lectionem huiusmodi videtur flagitare, ἑορτὰς δὲ ἀνελὼν, καὶ θυσίας, καὶ σεβασμοὺς θεῶν, ἢ δαιμόνων, οὓς ἐν πολλοῖς τόποις ἀνεόρτους ἠνάγκασας γενέσθαι, καὶ ἀθύτους etc. i. e. *Et sublatis solennitatibus, et sacrificiis, et cultibus Deorum et Geniorum, quos multis in locis sine solennitatibus et sine sacrificiis esse coëgisti, et quos legitimis ac debitis honoribus fraudasti. Port.*

c Θεοῦ καὶ δαιμονίων *Vat.*

d Non agnoscit *Vat.*

e Συναιρεῖν] Συναναιρεῖν optime in *Cod. Vat.* quo modo legendum esse docuit *Sylb.*

f Vox

τάς τι περὶ αὐτὸν, ἄλλως τε καὶ δίκας παρ' αὐτῶν εἰληφότα πολλὰς καὶ μεγάλας. ἃ μὲν οὖν ἀπολογεῖσθαί τε περὶ ἡμῶν αὐτῶν εἴχομεν, καὶ παραιτεῖσθαί σε περὶ τῶν δημοτικῶν, ταῦτά ἐστιν. ἃ δὲ [f] ὑποτίθεσθαί σοι δι' εὔνοιαν οἱ τιμιώτατοι [g] φίλων ἥκοντες καὶ ὑπισχνεῖσθαι διαλλαττομένῳ πρὸς τὴν πατρίδα, ταυτί· [h] ἐν ᾧ τὸ δύνασθαί σοι μάλιστα ὑπάρχει, καὶ [i] τὸ θεῖον ἔτι συλλαμβάνει, μετριάσαι, καὶ ταμιεύσασθαι τὴν τύχην, ἐνθυμηθέντα, ὅτι μεταβολῆς ἔχεται πάντα τὰ πράγματα, καὶ οὐδὲν ἐπὶ τῶν αὐτῶν φιλεῖ διαμένειν· νεμεσᾶταί τε ἅπαντα ὑπὸ θεῶν τὰ ὑπερέχοντα, ὅταν εἰς ἄκρον ἐπιφανείας ἀφίκηται, καὶ τρέπεται πάλιν εἰς τὸ μηδέν. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχει τὰ σκληρὰ καὶ μεγάλαυχα φρονήματα καὶ τοὺς ὅρους ἐκβαίνοντα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. ὑπάρχει δέ σοι νῦν πάντων κράτιστα καταλύ-

bus aliqua iniuria fuerit affectus, praesertim vero, si saepius *Per. Iul.*
poenas de illis easque acerbas sumserit. Haec igitur sunt, quae 4228.
attulimus, tum vt nos ipsos purgemus, tum vt pro plebe te de- *Ante Chr.* 486.
precemur. De quibus vero honoratissimi quique te beneuo- *Olymp.*
lentiae caussa summo studio monent, et quae tibi in gratiam 73 2/3.
cum patria redeunti pollicentur, haec sunt. Qua in re maxi- *Cat.*
me potes, et in qua numen diuinum tibi fauet, in ea moderate *V.C.* 266.
te geras, et fortunae beneficia prudenter dispenses, cogitans, *Var.*
res omnes esse mutabiles, et nihil vnquam in eodem statu per- 268.
manere solere: quidquid enim excellit, quando ad summam claritatis fastigium euasit, indignationem deorum effugere nequit, et rursus ad nihilum redigitur. Hoc autem potissimum accidit saeuis ac superbis ingeniis, quae humanae naturae terminos transgrediuntur. Nunc autem tibi honestissimis conditionibus

f Vox ὑποτίθεσθαι, vt et mox ὑπισχνεῖσθαι, pendet ab ἔχουσι subintellecto. *Port.*

g *Lapus* pro φιλονεικοῦντες videtur legisse φιλονεικοῦμεν. *Sylb.* In *Cod. Vat.* τιμιώτατοι φίλων ἥκοντες.

h Illud ἐν ᾧ accipiendum videtur pro ἐν ὅσῳ χρόνῳ. *Sylb.*

i Τὸ θεῖον ἔτι συλλ. *Vat.* quo modo et *Sylb.* hoc sensu: *dum maximae tibi vires suppetunt, et deus adhuc fauet, suademus iram moderari et fortuna parcius vti.* vulgo legitur τὸ θεῖον ὅ, τι συλλ.

k Τῶν

σασθαι τὸν πόλεμον. ἥ τε γὰρ βουλὴ πᾶσα ὥρμηται τὴν κάθοδον ψηφίσασθαί σοι, καὶ ὁ δῆμος ἕτοιμός ἐστι νόμῳ κυρωθέντι λῦσαι τὴν ἀειφυγίαν. τί οὖν ἔτι κωλύει σε τὰς ἡδίστας καὶ τιμιωτάτας ὄψεις [k] τῶν ἀναγκαιοτάτων σωμάτων ἀπολαβεῖν, καὶ κεκομίσθαι τὴν περιμάχητον πατρίδα, ἄρχειν τε, ὥσπερ σοι προσῆκεν, ἀρχόντων, καὶ ἡγεῖσθαι ἡγεμόνων, παισί τε καὶ ἐγγόνοις μέγιστον αὔχημα καταλιπεῖν; τούτων μέντοι τῶν ὑποσχέσεων ἡμεῖς ἐγγυηταὶ πασῶν ἐσμεν, ὡς [l] αὐτίκα μάλα γενησομένων. νῦν μὲν γὰρ οὐχὶ καλῶς εἶχε ψηφίσασθαί σοι τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον οὐθὲν ἐπιεικὲς ἢ μέτριον, ἕως ἀντιπαρεστρατοπέδευσας ἡμῖν, καὶ τὰ πολεμίων ἔδρας ἔργα; εἰ δ' ἀποσταίης τῶν ὅπλων, ἥξει σοι τὸ περὶ τῆς καθόδου ψήφισμα φερόμενον ὑφ' ἡμῶν οὐκ εἰς μακράν."

XXVI. "Ἀγαθὰ μὲν δὴ ταῦτα ὑπάρξει σοι διαλλαττομένῳ· μένοντι δ' ἐπὶ τῆς ὀργῆς, καὶ μὴ διαλυομένῳ τὸ μῖσος πρὸς ἡμᾶς, πολλὰ καὶ χαλεπά, ἐξ ὧν ἐγὼ δύο

Per. Jul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

tionibus bellum deponere licet. Nam et totus senatus ad decernendum tibi reditum, et populus ad perpetui exsilii mulctam lege sancita abrogandam est paratus. Quid igitur vetat te suauissimo carissimoque necessariorum tuorum conspectu iterum frui, et patriam exoptandam recuperare, et imperare, vt te decet, imperantibus, et duces ducere, et liberis nepotibusque maximam gloriam relinquere? Atque horum omnium promissorum, mox mox praestandorum, nos tibi sponsores sumus. Nunc enim non deceret ex senatusconsulto, aut plebiscito, tibi quidquam aequi, aut moderati decerni, dum castra contra nos posita habes, et te hostiliter geris. quod si ab armis discesseris, decretum de reditu tibi a nobis breui afferetur.„

„Atque haec sunt bona, quae habiturus es, si cum patria in gratiam redieris. Quod si irasci pergas, nec odium contra nos conceptum deponas, in multa et grauia incides mala, quorum

k τῶν ἀναγκαιοτάτων σωμάτων *Vat.* vulgo τῶν ἀναγκαίων σ.

l Vsitatius αὐτίκα μάλα. *Sylb.* atque ita in *Cod. Vat.* vulgo ἀ. μάλιστα.

m Ὑπάρ-

τὰ μέγιστα νῦν καὶ φανερώτατα ἐρῶ. πρῶτον μὲν, ὅτι δυσκόλου γενέσθαι, μᾶλλον δὲ ἀδυνάτου πράγματος πονηρὸν ἔρωτα ἔχεις, πόλεως τῆς Ῥωμαίων καθελεῖν τὴν ἰσχὺν, καὶ ταῦτα τῶν Οὐολούσκων ὅπλοις· ἔπειθ', ὅτι σοι κατορθώσαντί τε καὶ ἐπιτυχόντι, πάντων ἀνθρώπων [m] ὑπάρξει δυστυχεστάτῳ νομίζεσθαι. ἐξ ὧν δὲ ταῦτα παρίσταταί μοι φρονεῖν περί σου, ἄκουσον, ὦ Μάρκιε, μηδὲν πρὸς τὴν ἐλευθερίαν μου τῶν λόγων τραχυνόμενος. σκόπει δὲ πρῶτον ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου. Ῥωμαίοις, ὡς οἶσθα καὶ σὺ, πολλὴ μέν ἐστι νεότης ἐπιχώριος· ἧς εἰ τὸ στασιάζον ἐξαιρεθείη· γενήσεται δὲ τοῦτο κατὰ πολλὴν ἀνάγκην νῦν, διὰ τόνδε τὸν πόλεμον· πάντα γὰρ ὑπὸ δέους κοινοῦ [n] συνίστασθαι φιλεῖ τὰ διάφορα· οὐχ ὅτι Οὐολοῦσκοι κρατήσουσιν, ἀλλ' οὐδ' ἄλλο τῶν κατὰ

rum duo, quae maxima et certissima sunt, nunc dicam. Primum, *Per. Iul.* qui rem factu difficilem, imo vero, quae nullo modo fieri pot- 4228. est, improbe concupisti, populi Romani potentiam, idque Vol- *Ante* scorum armis, euertere: deinde, quia, si res successerit et voti *Chr.* 486. compos fueris, id consequeris, vt omnium hominum miserri- *Olymp.* mus habearis. Cur autem haec mihi in mentem veniunt, vt 73 2/3. ita de te sentiam, audi me, Marci, nec mea dicendi libertate *Cat.* exasperare. Ac primum considera, te rem, quae fieri nequit, *V.C.* 266. aggredi. *Nam* populus Romanus, vt tu ipse scis, multa iuuen- *Var.* 268. tute domestica abundat, quam (si seditio sublata fuerit, quod fiet ob grauem huius belli necessitatem; omnes enim, qui inter se diffident, communis periculi metus conciliare solet) non solum Volsci non vincent, sed ne vlla quidem alia gens, quae Italiam

m Ὑπάρξει σοι δυστυχέστατον] Illud σοι post ὑπάρξει superfluum visum est *Sylburgio*. Attico more in eadem sententia geminari existimauit *Casaub.* Omittitur autem in *Cod. Vat.* vbi legitur ὑπάρξει δυστυχεστάτῳ.

n Magis hic mihi placeret καθίστασθαι, vt alibi dicit κατέστη τὰ πράγματα, et καταστάντος τοῦ θορύβου. Manente tamen vulgata lectione, non absurde vertit *Lapus* ad hunc modum: *nam ob communem metum student diffidentia omnia conspirare. Steph.*

o Ἐθνῶν

τὴν Ἰταλίαν [o] ἔθνος οὐθέν. [p] πολλὴ καὶ ἡ Λατίνων καὶ ἡ τῶν ἄλλων [q] συμμάχων ἀποίκων τῆς πόλεως ἰσχὺς, ἣν [r] ὀλίγου πᾶσαν ἐπίκουρον ἥξειν προσδέχου· στρατηγοί τε, οἷος σὺ, καὶ πρεσβύτεροι καὶ νέοι, τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὅσοι παρὰ πάσαις οὐκ εἰσὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι. μεγίστη δὲ πασῶν βοήθεια, καὶ τὰς ἐν τοῖς δεινοῖς ἐλπίδας οὐδέποτε ἡμῶν ψευσαμένη, συμπάσης τ' ἀμείνων ἀνθρωπίνης ἰσχύος, ἡ παρὰ τῶν θεῶν εὔνοια, [s] δι' οὓς οὐ μόνον ἐλευθέραν εἰς τόδε χρόνου τὴν πόλιν ταύτην οἰκοῦμεν, ὀγδόην ἤδη τὴν νῦν γενεὰν, ἀλλὰ καὶ εὐδαίμονα, καὶ πολλῶν ἐθνῶν ἄρχουσαν. μὴ δὴ Πεδανοῖς ἡμᾶς εἰκάσῃς, μηδὲ Τολερίνοις, μηδὲ τοῖς ἄλλοις μικροπολίταις, ὧν κατέσχες τὰ πολίχνια· καὶ γὰρ ἥττων ἄν τις σοῦ στρατηγὸς, καὶ ἀπ' ἐλάττονος, ἢ τοσαύτης στρατιᾶς, ὀλιγανθρωπίαν καὶ φαυλότητα

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Cat.* 266. *V.C.* *Var.* 268.

Italiam incolit. Magna quoque eſt Latinorum et aliorum ſociorum noſtrae vrbis colonorum potentia, quam totam propemodum nobis auxilio venturam exſpecta. Duces vero tui ſimiles, tam ſeniores, quam iuniores, tot nobis ſunt, quot vix in vniuerſis aliis populis. Sed longe omnium maximum auxilium, quod nunquam in aduerſis ſpem noſtram feſellit, et, quod omnibus humanis viribus eſt praeſtantius, eſt deorum beneuolentia, quorum beneficio ad hoc vſque tempus hanc vrbem, octauam iam aetatem, non ſolum liberam, ſed etiam fortunatam, et multis gentibus imperantem incolimus. Nec nos cum Pedanis, aut Tolerinis, aliiſque paruis populis, quorum oppidula occupaſti, conferas: nam et alius imperator, te minor, et minoribus inſtructus copiis, munitiones a paucis defenſas et infirmas

o Ἐθνῶν *Vat.*

p Πολλὴ καὶ ἡ Λατίνων ἡ καὶ τῶν ἄλλων *Vat.* [non ſic videtur in Vatic. fuiſſe, ſed πολλὴ καὶ ἡ Λατίνων, καὶ ἡ τῶν ἄλλων. poſterior articulus a vulgatis abeſt.]

q Συμμάχων τε καὶ ἀποίκων malit *Gelenius.*

r Cum ὀλίγου vel χρόνου ſubaudiendum, vel verbum δεῖν. *Sylb.*

s Δι' οὓς agnoſcit etiam *Lapi* verſio, *per quos.* Sed non minus apte legas δι' ἣν, vt paullo infra v. 26. poteſt tamen et illa retineri lectio, quia ſimiliter infra legitur διὰ τοὺς θεούς. *Sylb.*

t Oí

ἐρυμάτων ἐβιάσατο· ἀλλ' ἐνθυμȣ̃ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν ἐν τοῖς πολέμοις πράξεων, καὶ τὴν ἐκ τȣ̃ θείȣ παρȣ̃σαν αὐτῇ τύχην, δι' ἣν ἐκ μικρᾶς τοσαύτη γέγονεν· καὶ τὴν σεαυτȣ̃ δύναμιν, ἣν ἐπάγων ἔργῳ τοσῷδε ἐπιχειρεῖς, μὴ νόμιζε ἠλλάχθαι· ἀλλὰ μέμνησο ἀκριβῶς, ὅτι Οὐολȣ́σκων τε καὶ Αἰκανῶν στρατιὰν ἐπάγῃ, ȣ̃ς ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ὄντες ἐν πολλαῖς ἐνικῶμεν μάχαις, ὁσάκις ἡμῖν ἐτόλμησαν εἰς πόλεμον καταστῆναι. ὥστε σὺν τοῖς χείροσιν ἀγωνίζεσθαι μέλλων ἴσθι πρὸς τȣ̀ς κρείττονας, καὶ σὺν τοῖς ἡττωμένοις διὰ παντὸς πρὸς τȣ̀ς νικῶντας ἀεί. εἰ δὲ δὴ τἀναντία τȣ́των ἦν, ἐκεῖνό γέ τοι θαυμάζειν ἄξιον, πῶς λέληθέ σε πολεμικῶν ὄντα πραγμάτων ἔμπειρον, ὅτι τὸ παρὰ τὰ δεινὰ εὔτολμον ȣ̓κ ἐξ ἴσȣ παραγίνεσθαι φιλεῖ τοῖς τε ὑπὲρ οἰκείων ἀγαθῶν ἀγωνιζομένοις, καὶ τοῖς ἐπὶ τἀλλότρια πορευομένοις· [t] οἱ μέν γε ȣ̓δὲν, ἐὰν μὴ κατορθώσωσι, βλάπτονται· τοῖς δ' ȣ̓δὲν, [u] ἐὰν πταίσωσι, καταλείπεται. καὶ τȣ̃ σφάλλεσθαι τὰς μεγάλας

firmas expugnare potuisset: sed considera vrbis amplitudinem, et rerum bello gestarum splendorem, et numinis diuini fauorem, quo ex parua ad tantam magnitudinem excreuit: tuasque copias, quibus fretus rem tantam aggrederis, ne putes, nunc alias esse factas; sed bene memento, te Volscorum et Aequorum copias ducere, quos nos ipsi, qui nunc viuimus, toties proelio vicimus, quoties in bello nobiscum congredi sunt ausi. Quapropter cum deterioribus aduersus praestantiores, et cum iis, qui perpetuo vincuntur, aduersus eos, qui semper vincere sunt soliti, te certaturum scito. Quod si contra se res haberet, illud tamen mirandum esset, quo modo tu, rei militaris peritus, ignores, in periculis non parem audaciam solere esse in iis, qui pro suis fortunis dimicant, et iis, qui alienas inuadunt. nisi enim istis res succedat, leuem cladem accipiunt: illis vero, si rem male gerant, nihil sit reliqui. Atqne hinc potissimum

Per. Iul. 4228. Ante Chr. 486. Olymp. 73 ⅔. Cat. V.C. 266. Var. 268.

t Οἱ μέν γε, ἐὰν ȣ̓δὲν κατορθώσωσιν, βλάπτονται] Optime in Cod. Vat. οἱ μέν γε ȣ̓δὲν, ἐὰν μὴ κατορθώσωσιν, βλάπτονται.

u Ἐὰν πέσωσιν Vat.

x Pro

δυνάμεις ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων, καὶ τὰς κρείττους ὑπὸ τῶν φαυλοτέρων, τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα αἴτιον ἦν. δεινὴ γὰρ ἡ ἀνάγκη, καὶ ὁ περὶ τῶν ἐσχάτων κίνδυνος ἱκανὸς θάρσος ἐνθεῖναί τινι καὶ μὴ προϋπάρχον φύσει. εἶχον [x] ἔτι πλείω λέγειν ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἱκανά.

XXVII. „Εἷς ἔτι μοι καταλείπεται λόγος, ὃν εἰ μὴ μετ' ὀργῆς, ἀλλ' ἐκ λογισμοῦ κρινεῖς, ὀρθῶς τ' εἰρῆσθαι δόξει, καὶ παραστήσεταί σοι μεταμέλεια τῶν πραττομένων. τίς δ' ἐστιν οὗτος ὁ λόγος; [y] οὐδενὶ θνητῷ φύντι θεοὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι βεβαίαν ἐπιστήμην ἔδωκαν ἔχειν, [z] οὐδ' ἂν εὕροις ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, ὅτῳ πάντα κατὰ νοῦν ἐχώρησε τὰ πράγματα, μηδὲν ἐναντιωθείσης τῆς τύχης. καὶ διὰ τοῦτο οἱ φρονήσει προύχοντες ἑτέρων, ἣν ὁ μακρὸς βίος καὶ τὰ πολλὰ μαθήματα φέρει, πρὶν

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 2/3. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

tissimum fit, vt saepe maiores a minoribus, et praestantiores a deterioribus clade afficiantur. Vehemens enim est necessitas, et extremum periculum etiam ei potest audaciam inserere, cui non sit innata. Plura habui, quae de impossibili dicerem: sed haec dixisse sufficiat.„

„Vnum adhuc mihi dicendum restat, quod, si non cum ira, sed ratione iudicaris, recte dictum putabis, et ad poenitentiam factorum adduceris. quidnam autem illud est? Nulli mortalium dii certam futurorum scientiam dederunt; nec post homines natos inuenias quempiam, cui omnia ex animi sententia successerint, ita vt nulla in re fortuna ei sit aduersata. Propterea homines, qui aliis antecellunt prudentia, quam longa aetas et magna experientia adfert, antequam rem aggrediantur,

x Pro ἔτι in *Ed. Steph.* ὅτι. quod parum huc facit, nisi pro πλείω legas πλεῖστα. *Lapus* praeterita particula vertit, *habui plura. Sylb.*

y Pro καὶ, quod in vulgatis ante οὐδενὶ legitur, aptius legas ὡς, vel ὅτι. quae commutatio apud *Pausaniam* quoque a me annotata est ad p. 410. vt error natus sit e scripturae compendio. *Sylb.*

z Alludere videtur ad *Euripidis* illud, ὡς οὐ τις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ. quod iisdem fere verbis *Nicostratus* dixit οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. *Sylb.*

a Ἅπαντες

ἐγχειρεῖν ὁτωδήποτε ἔργῳ, τὸ τέλος αὐτοῦ πρῶτον οἴονται δεῖν σκοπεῖν. οὐ θάτερον μόνον, ὃ βούλονται γενέσθαι σφίσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ παρὰ γνώμην ἐκβησόμενον· μάλιστα δὲ οἱ τῶν πολέμων ἡγεμόνες, ὅσῳ μειζόνων τε γίνονται πραγμάτων κύριοι, καὶ τὰς αἰτίας τῶν κατορθωμάτων ἢ σφαλμάτων [a] ἅπαντες εἰς αὐτοὺς ἀναφέρουσιν. ἔπειτα ἂν μὲν εὕρωσι μηδεμίαν ἐνοῦσαν, ἢ μικρὰς καὶ ὀλίγας ἐν τῷ μὴ κατορθῶσαι βλάβας, ἅπτονται τῶν ἔργων· ἐὰν δὲ πολλὰς καὶ μεγάλας, ἀφίστανται. τοῦτο δὴ καὶ σὺ ποίησον, καὶ σκόπει πρὸ τῶν ἔργων, ἐὰν σφαλῇς κατὰ τὸν πόλεμον, καὶ μὴ πάντα ὑπάρξῃ, τί συμβήσεταί σοι παθεῖν. δι' αἰτίας μὲν ἔσῃ παρὰ τοῖς ὑποδεξαμένοις σαυτόν, ὡς μείζοσιν ἐπιχειρήσας [b] πράγμασιν, ἢ δυνατοῖς· στρατιᾶς δὲ ἡμετέρας πάλιν ἐκεῖσε ἀφικομένης, καὶ φθειρούσης τὴν ἐκείνων γῆν· οὐ γὰρ ἀνεξόμεθα μὴ ἀντιτιμωρούμενοι τὰς ἄρξαντας ἡμᾶς κακοποιεῖν· δυοῖν οὐκ ἂν ἁμάρτοις θατέρου, ἢ πρὸς αὐτῶν

tur, euentum eius ſpectandum putant; non alterum tantum, quem ſibi ipſi optant, ſed eum etiam, qui praeter exſpectationem accidere poteſt: praecipue vero duces bellorum, in quos, quo res maiores eorum poteſtati permittuntur, *eo magis* felicium, aut infelicium euentuum cauſſae ab omnibus conferuntur. deinde ſi nulla, aut leuia, aut pauca damna bellum parum feliciter geſtum ſequutura videant, tunc demum rem aggrediuntur; ſin multa et magna, ab incoepto deſiſtunt. Hoc tu quoque fac, et, antequam rem aggrediaris, conſidera, ſi in bello res tibi male ſucceſſerit, nec omnia, quae ſperas, conſequutus fueris, quid tibi ſit euenturum. Accuſaberis a tuis hoſpitibus, quod res aggreſſus fueris multo maiores, quam quae a te fieri poſſent: et quum noſter exercitus rurſus eo veniet, illorumque agrum vaſtabit, (neque enim illos inultos manere patiemur, qui nos iniuria priores affecerunt) horum alterutrum vitare non poteris, quo minus vel ab illis ipſis, quibus calamitatum

Per. Iul. 4228. *Ante Chr.* 486. *Olymp.* 73 $\frac{2}{3}$. *Cat. V.C.* 266. *Var.* 268.

a Ἅπαντες ἐπὶ τούτους ἀναφέρουσιν *Vat.* Vulgatam lectionem ſequitur *Lapus.*

b Πράγμασιν ἢ ἀδυνάτοις *Vat.*

ἐκείνων, οἷς αἴτιος ἔσῃ συμφορῶν μεγάλων, αἰσχρῶς ἀναιρεθῆναι, ἢ πρὸς ἡμῶν, οὓς ἀποκτενῶν τε καὶ δουλωσόμενος ἦλθες· τάχα δ' ἂν ἐκεῖνοι, πρὶν ἐν τῷ παθεῖν τι κακὸν γενέσθαι, διαλύσεις ποιεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς ἐπιχειροῦντες, ἔκδοτον ἀξιώσειαν ἐπὶ τιμωρίᾳ σε παραδιδόναι· ὃ πολλοὶ βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες, εἰς τοιαύτας καταστάντες τύχας, ἠναγκάσθησαν ὑπομεῖναι· ἆρά γε μικρὰ καὶ οὐκ ἄξια λόγου ταῦτα εἶναί σοι δοκεῖ, καὶ δέον αὐτῶν ὑπεριδεῖν, ἢ κακῶν συμπάντων ἔσχατα [c] παθεῖν;»

XXVIII. «Φέρε· ἂν δὲ δὴ κατορθώσῃς, τί ποτε θαυμαστὸν [d] ἔσται σοι καὶ περιμάχητον ἀγαθόν; ἢ τίνας ἐξοίσῃ δόξας; καὶ γὰρ τοῦτο ἐξέτασον. πρῶτον μὲν τῶν φιλτάτων καὶ ἀναγκαιοτάτων ὑπάρξει σοι στερεῖσθαι σωμάτων, μητρὸς ἀθλίας, ᾗ γενέσεως καὶ τροφῆς, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἔσχεν ἐπί σοι πόνων, οὐ καλὰς ἀμοι-

Per. Iul. 4228. Ante Chr. 486. Olymp. 73 2/3. Cat. 266. V.C. Var. 268.

tatum magnarum auctor fueris, turpiter interficiaris, vel a nobis, quos interfecturus et in seruitutem redacturus huc venisti. Sed fortasse etiam illi, antequam aliquid mali a nobis patiantur, pacis nobiscum faciendae desiderio, te ad supplicium dedere non dubitabunt: id quod multi, tam barbari, quam Graeci, in talem fortunae statum compulsi, facere coacti fuerunt. Haeccine igitur parua et nullius momenti tibi videntur? haeccine adeo contemnenda, vt quaeuis extrema mala perpeti malis?

Age, si res tibi ex voto successerit, quodnam admirandum et adeo exoptandum bonum consequeris? quam gloriam inde referes? Nam et hoc considera. Primum quidem carissimis et tibi coniunctissimis priuaberis; matre misera, cui pro partu et educatione, aliisque laboribus, quos tua caussa pertulit, haud praecla-

c παθεῖν agnoscit etiam *Lapi* versio: *aut esse vltima malorum omnium patienda.* sed sententia videtur aliud verbum requirere, δοκεῖν, νομίζειν, vel simile: nisi forte hunc sensum esse velis: *et spretis illis, extrema subeunda sunt mala. Sylb.*

d Pro ἔτι non absurde legeris ἔσται. *Sylb.* In *Cod. Vat.* τί τὸ θαυμαστόν ἐστί σοι.

e Καὶ

βὰς ἀποδίδως· ἔπειτα γαμετῆς σώφρονος, ἣ διὰ σὸν πόθον ἐν ἐρημίᾳ καὶ χηρείᾳ κάθηται, πᾶσαν ἡμέραν [e] καὶ νύκτα τὰς σὰς ὀδυρομένη φυγάς· πρὸς δὲ τούτοις, τέκνων δυοῖν, οὓς ἐχρῆν ἀγαθῶν προγόνων ὄντας ἀπογόνους, καρποῦσθαι τὰς ἐκείνων τιμὰς, εὐδοξοῦντας ἐν εὐτυχούσῃ τῇ πατρίδι. ὧν ἁπάντων οἰκτρὰς καὶ ἀτυχεῖς ἀναγκασθήσῃ θεωρεῖν καταστροφὰς, εἰ τολμήσεις προσάγειν τοῖς τείχεσι τὸν πόλεμον· οὐ γὰρ δὴ φείσονται τῶν σῶν οὐθενὸς οἱ περὶ τῶν σφετέρων κινδυνεύοντες, καὶ εἰς τὰ ὅμοια κακῶς ὑπό σου πάσχοντες. [f] ἀλλ' εἰς αἰκισμοὺς αὐτῶν δεινοὺς, καὶ ὕβρεις ἀνηλεεῖς, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἰδέαν προπηλακισμοῦ χωρήσουσιν, ὑπὸ τῶν συμφορῶν βιαζόμενοι· καὶ τούτων οὐχ οἱ δρῶντες, ἀλλ' ὁ τὴν ἀνάγκην αὐτοῖς ἐπιτιθεὶς αἴτιος ἔσῃ· [g] ἡδονὰς μὲν δὴ τοιαύτας καρπώσῃ, κατὰ γνώμην χωρήσαντές σοι [h] τοῦ ἔργου· ἔπαινον δὲ καὶ ζῆλον καὶ τιμὰς, ὧν ὀρέγεσθαι χρὴ τοὺς

* *Mihi hoc videtur Caſſius dicere:* Se ſua lege Latinos et Hernicos in agri conſortium propterea admiſiſſe, vt pauperes illorum ſocietate munirentur, et ſi qui iam conceſſa olim eis eripere vellent, inopes haberent, quorum ope ſuum ius tuerentur: atque ita et praeſenti plebis inopiae adhibitum a ſe remedium, et futurae adverſariorum iniuriae obiectum impedimentum. *Sylb.*

ἰσχύος τῶν πενήτων [m] ἕνεκα· καὶ, εἴ τις ἀφαιρεῖσθαί ποτ᾽ αὐτοὺς ἀξιώσαι τὰ δοθέντα, κωλύσεως· κρεῖττον ἡγούμενος εἶναι καὶ ἀσφαλέστερον τοῖς πολλοῖς, μικρὰ λαβοῦσιν ὁμοίως ἔχειν, ἢ πολλὰ ἐλπίσασιν ἁπάντων ἀποτυχεῖν.

LXXII. Τούτοις δὴ τοῖς λόγοις τοῦ Κασσίου θαμινὰ μεταπείθοντος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὸν ὄχλον, παρελθὼν εἷς τῶν δημάρχων, Γάϊος Ῥαβολήϊος, ἀνὴρ οὐκ ἄφρων, [n] τήν τε διχοστασίαν τῶν ὑπάτων ὑπέσχετο παύσειν οὐκ εἰς μακρὰν, καὶ τῷ δήμῳ ποιήσειν φανερὸν, ὅ τι χρὴ ποιεῖν. ἐπισημασίας δὲ γενομένης αὐτῷ μεγάλης, καὶ μετὰ τοῦτο σιωπῆς· „Οὐχὶ ταῦτα, εἶπεν, ὦ Κάσσιε, καὶ σὺ Οὐεργίνιε, τὰ κεφάλαιά ἐστι τοῦ νόμου; ἓν μὲν, εἰ χρὴ τὴν δημοσίαν γῆν κατ᾽ ἄνδρα διανεμηθῆναι· ἕτερον δ᾽, εἰ χρὴ καὶ Λατίνους καὶ Ἕρνικας μέρος αὐτῆς [o] λαβόντας.„ ὁμολογησάντων δ᾽ αὐτῶν· „Εἶεν δή,„ „Σὺ μὲν,

Per. Iul. 4230. *Ante Chr.* 484. *Olymp.* 73 4/74 1. *Cat. V.C.* 268. *Var.* 270.

dicebat; et si quis vnquam res datas auferre voluisset, prohibiturum: satius ac tutius existimans, si multi exiguam portionem acciperent et aeque possiderent, quam si multa sperarent et omnibus frustrarentur.

Quum igitur his Cassii concionibus saepe vulgus flecteretur, progressus vnus tribunorum, C. Rabuleius, vir minime stolidus, se consulum dissidium breui sedaturum, et, plebi, quid esset faciendum, demonstraturum, promisit. Quum autem ingenti voce ei acclamatum fuisset, factumque postea silentium: „Nonne, inquit, Cassi, atque tu, Virgini, haec legis sunt capita: vnum, an ager publicus viritim sit diuidendus; alterum, an Latini et Hernici in partem eius sint admittendi?„ Quum autem illi assensi fuissent: „Sint igitur haec:„ ille porro, inquit: „Tu,

m Vox ἕνεκα, quae desideratur in *Ed. Steph.* occurrit in *Rom. Vat.* et *Lapi Cod.*

n Τήν τε διχοστασίαν *Vat.* a vulg. abest τε.

o Pro participio λαβόντας structurae lex hic postulat infinitum verbum λαβεῖν, vt in praecedenti membro διανεμηθῆναι. vel periphrastice legendum λαβόντας ἔχειν. *Sylb.*

p Ταῦτα

εἶπεν, ὦ Κάσσιε, ἀμφότερα [p] ταῦτα ἀξιοῖς τὸν δῆμον ἐπιψηφίζειν· σὺ δὲ δὴ πρὸς θεῶν, ὦ Οὐεργίνιε, λέξον ἡμῖν, πότερα θάτερον ἀκυροῖς τῆς Κασσίου γνώμης μέρος τὸ κατὰ τοὺς συμμάχους, οὐκ οἰόμενος δεῖν ἰσομοίρους ἡμῖν Ἑρνικάς τε καὶ Λατίνους ποιεῖν· ἢ καὶ θάτερον ἀκυροῖς, ἀξιῶν οὐδ' ἡμῖν αὐτοῖς διανέμειν τὰ κοινά; [q] τουτὶ γάρ ἀπόκρινάι μοι μηθὲν ἀποκρυψάμενος.„ εἰπόντος δὲ τοῦ Οὐεργινίου· „Τῇ Λατίνων τε καὶ Ἑρνίκων ἀντιλέγειν ἰσομοιρίᾳ, τὸ δὲ κατὰ τοὺς πολίτας, εἰ πᾶσι δόξειε, νέμεσθαι συγχωρεῖν,„ ἐπιστρέψας ὁ δήμαρχος εἰς τὸν ὄχλον, εἶπεν· „Ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν ἕτερον τῆς γνώμης μέρος ἀμφοτέροις τοῖς ὑπάτοις συνδοκεῖ, τὸ δὲ ἕτερον ἀντιλέγεται πρὸς θατέρου, ἰσότιμοι δ' ἀμφότεροι, καὶ οὐχ οἷόν τε βιάσασθαι θατέρῳ τὸν ἕτερον, ὃ μὲν δίδοται παρ' ἀμφοτέρων, ἤδη λάβωμεν· ὑπὲρ οὗ δ' ἀμφισβητοῦσιν, ἀναβαλώμεθα.„ ἐπισημήναντος δὲ τοῦ πλήθους ὡς τὰ κράτιστα ὑποθεμένῳ, καὶ καταλύειν ἐκ τοῦ νόμου τὸ ποιοῦν διχοστασίαν μέρος ἀξιοῦντος, ἀπορῶν, ὅ τι χρὴ

„Tu, Caſſi, vis hoc vtrumque populi ſuffragiis ſanciri: tu vero, *Per. Iul.*
Virgini, per deos obſecro, dic nobis, vtrum alteram tantum Caſſii 4230.
ſententiae partem, quae ad ſocios attinet, abrogas, exiſtimans, *Ante*
Hernicos et Latinos in partibus capiendis nobis non eſſe *Chr.* 484.
aequandos? an etiam alteram improbas, cenſens, ne nobis qui- *Olymp.* 73. 4.
dem diuidenda ea, quae ſunt publica? ad hoc enim mihi re- 74. 1.
ſponde, nil diſſimulans.„ Quum autem Virginius reſpondiſſet: *Cat.*
„Se illi Latinorum Hernicorumque portionis aequabilitati con- *V. C.* 268.
tradicere, ſed ciuibus (ſi ita omnibus videretur) agros diuidi *Var.*
permittere," tribunus, ad turbam conuerſus, inquit: „Quoniam 270.
igitur altera ſententiae pars coſſ. ambobus placet, atque contra alteram ab altero dicitur, quum vterque ſit pari honore, nec alter alterum poſſit per vim cogere, quod ab vtroque nobis conceditur, iam accipiamus, id vero, de quo ambigunt, in aliud tempus differamus." Plebe autem ei, vt optime monenti, acclamante, et poſtulante, vt tolleretur ex lege pars ea, quae pareret

p Ταῦτα ἐπιψηφίζειν ἀξιοῖς τὸν δῆμον *Vat.*

q Τουτὶ *Vat.*

πράττειν, ὁ Κάσσιος, καὶ οὔτ' ἀναθέσθαι τὴν γνώμην προαιρούμενος, οὔτε μένειν ἐπ' αὐτῆς, ἀντιπραττόντων τῶν δημάρχων, δυνάμενος, τότε μὲν διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν, [r] ταῖς δὲ ἑξῆς ἡμέραις ἀῤῥωστίαν σκηπτόμενος, οὐκέτι κατέβαινεν εἰς τὴν ἀγορὰν, ἀλλ' ὑπομένων ἔνδον ἐπραγματεύετο βίᾳ καὶ [s] χειροκρατίᾳ κυρῶσαι τὸν νόμον· καὶ μετεπέμπετο Λατίνων τε καὶ Ἑρνίκων ὅσους ἐδύνατο πλείστους ἐπὶ τὴν [t] ψηφηφορίαν. οἱ δὲ συνήεσαν ἀθρόοι. καὶ δι' ὀλίγου μεστὴ ξένων ἦν ἡ πόλις. ταῦτα μαθὼν Οὐεργίνιος, κηρύττειν ἐκέλευσε κατὰ τοὺς στενωποὺς, ἀπιέναι τοὺς μὴ κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει χρόνον ὁρίσας οὐ πολύν. ὁ δὲ Κάσσιος τἀναντία ἐκέλευε κηρύττειν, παραμένειν τοὺς μετέχοντας τῆς ἰσοπολιτείας, ἕως ἂν ἐπικυρωθῇ ὁ νόμος.

LXXIII. Ὡς δ' οὐδὲν ἐγίνετο πέρας, δείσαντες οἱ πατρίκιοι, μὴ [u] ξιφῶν τε ἁρπαγαὶ καὶ χειρῶν ἐπιβολαὶ γένωνται, καὶ ἄλλα, ὅσα φιλεῖ [x] βίαια συμβαίνειν ἐν ταῖς στασια-

Per. Iul. 4230. *Ante Chr.* 484. *Olymp.* 73 4 74 1. *Cat.* *V.C.* 268. *Var.* 270.

pareret dissidium, Cassius, consilii inops, quum nec sententiam mutare vellet, nec in ea, tribunis intercedentibus, permanere posset, tunc quidem concionem dimisit: diebus vero insequentibus infirmitatem simulans, non amplius veniebat in forum, sed domi se continens id agebat, vt per vim legem perferret; et Latinos et Hernicos, quamplurimos poterat, ad suffragia accersebat. Illi vero frequentes conuenerunt, et breui tota vrbs hospitibus est repleta. Virginius, his cognitis, voce praeconis per compita edici iussit, vt omnes, quibus in vrbe non esset domicilium, excederent: non magno temporis spatio praestituto. Cassius vero contrarium edici iussit, vt, qui haberent ius ciuitatis, permanerent, donec lex esset perlata.

Sed quum *contentionis* nullus finis fieret, veriti patres, ne res ad arma et manus veniret, neue caetera fierent, quae in seditiosis

r Ταῖς δ' ἑξῆς *Vat.*

s Χειροκρασίᾳ *Vat.*

t Rectius in *Cod. Vat.* ψηφοφορίαν.

u Ψήφων ἁρπαγαὶ καὶ χειρῶν ἐπιβολαὶ legisse videtur *Lapus*: nam vertit: *calculorum raptus et manuum insidiae.*

x Βίᾳ] Optime in *Cod. Vat.* βίαια, *violenta.*

y Ἔπειτ'

ζούσαις ἐκκλησίαις, εἰσφερομένου τοῦ νόμου, συνῆλθον εἰς τὸ συνέδριον, ὡς ὑπὲρ ἁπάντων ἅπαξ βουλευσόμενοι. Ἄππιος μὲν οὖν πρῶτος ἐρωτηθεὶς γνώμην, οὐκ εἴα συγχωρεῖν τῷ δήμῳ τὴν διανομὴν, διδάσκων, ὡς χαλεπὸς ἔσται καὶ ἀλυσιτελὴς σύνοικος ὄχλος ἀργὸς, ἐθισθεὶς τὰ δημόσια λιχνεύειν, καὶ οὐθὲν ἐάσαι ποτὲ τῶν κοινῶν, οὔτε κτημάτων, οὔτε χρημάτων, ἔτι κοινὸν μένειν· αἰσχύνης τ' ἄξιον πρᾶγμα εἶναι λέγων, εἰ, Κασσίου κατηγοροῦντες, ὡς πονηρὰ καὶ ἀσύμφορα πολιτευομένου, καὶ τὸν δῆμον διαφθείροντος, y ἔπειτα αὐτοὶ κοινῇ γνώμῃ ταυτὰ ἐπικυρώσουσιν, ὡς δίκαια καὶ συμφέροντα· ἐνθυμεῖσθαί τε αὐτοὺς ἀξιῶν, ὡς οὐδ' ἡ χάρις ἡ παρὰ τῶν πενήτων, εἰ τὰ κοινὰ διανείμαιντο, τοῖς συγχωρήσασι καὶ ἐπιψηφισαμένοις z ὑπάρχει, ἀλλ' ἑνὶ τῷ προθέντι τὴν γνώμην Κασσίῳ, καὶ δόξαντι ἠναγκακέναι τὴν βουλὴν ἄκουσαν ἐπικυρῶσαι. προειπὼν δὴ ταῦτα καὶ παραπλήσια τούτοις ἕτερα, τελευτῶν τάδε συνεβούλευσεν· ἄνδρας ἐκ τῶν ἐντιμοτάτων βουλευτῶν ἑλέσθαι, οἵτινες ἐπελθόντες

ſeditioſis comitiis, dum lex per vim fertur, accidere ſolent, conuenerunt in curiam, de omnibus hiſce rebus ſemel decreturi. Appius, primus rogatus ſententiam, non patiebatur agrum plebi diuidi, docens, moleſtum et inutile fore, vulgus inquilinum otio et abliguriendo publico aſſuefactum, et nihil vnquam ex publicis, vel praediis, vel pecuniis, commune eſſe amplius paſſurum: et rem valde pudendam eſſe dicens, ſi Caſſium, vt mali et detrimentoſi inſtituti auctorem et plebis corruptorem, accuſarent, et tamen ipſi haec, vt res iuſtas et vtiles, communi conſenſu ſancirent: roganſque eos, vt cogitarent, pauperes (ſi publica diuiderentur) gratiam habituros, non iis, qui id conceſſerint atque ſuis ſuffragiis confirmarint, ſed Caſſio, qui eius ſententiae auctor fuerit, et ſenatum inuitum ad id decernendum coëgiſſe videbitur. Haec igitur et alia his ſimilia praefatus, poſtremo haec ſuaſit: vt ex ſenatoribus honoratiſſimi quique eligerentur, qui agrum publicum viſerent et ter-

Per. Iul. 4230. Ante Chr. 484. Olymp. 73/74. 4/1. Cat. U.C. 268. Var. 270.

y Ἔπειτ' αὐτοὶ κοινῇ γνώμῃ ταῦτ' ἐπικυρώσουσιν *Vat.*

z Senſus requirit potius ὑπάρξει, vt p. 1689. v. 11. *Sylb.*

a Ὥστε

τὴν δημοσίαν γῆν ἀφορίσουσι, καὶ εἴ τινα ἐξ αὐτῆς κλέπτοντες, ἢ βιαζόμενοί τινες ἰδιῶται κατανέμουσιν, ἢ ἐπεργάζονται, διαγνόντες, ἀποδώσουσι τῷ δημοσίῳ· τὴν δὲ ὁρισθεῖσαν ὑπ᾽ ἐκείνων γῆν, διαιρεθεῖσαν εἰς κλήρους ὅσους δή τινας, καὶ στήλαις εὐκόσμοις διαγραφεῖσαν, τὴν μὲν ἀπεμποληθῆναι παρῄνει, καὶ μάλιστα περὶ ἧς ἀμφίλογόν τι πρὸς ἰδιώτας ἦν, [a] ὥστε τοῖς συνωνησαμένοις εἶναι πρὸς τοὺς ἀντιποιησομένους ὑπὲρ αὐτῶν κρίσεις, [b] καὶ πενταετῆ μισθοῦν χρόνον· τὸ δὲ προσιὸν ἐκ τῶν μισθώσεων ἀργύριον εἰς τοὺς ὀψωνιασμοὺς τῶν στρατευομένων ἀναλοῦσθαι, καὶ εἰς τὰς μισθώσεις, ὧν οἱ πόλεμοι χορηγιῶν δέονται· „Νῦν μὲν γάρ, ἔφη, ὁ φθόνος τῶν πενήτων ὁ πρὸς τοὺς πλουσίους, ὅσοι σφετερισάμενοι τὰ κοινὰ διακατέχουσι, δίκαιός ἐστι· καὶ οὐθὲν θαυμαστόν, [c] εἰ τὰ

Per. Iul. 4230. Ante Chr. 484. Olymp. 73. 4. 74. 1. Cat. V.C. 268. Var. 270.

et terminarent; et si quam eius partem furtim, aut per vim, aliqui homines priuati depascerent aut colerent, ea de re cognoscerent, ac *res suas* reipublicae redderent. suasit etiam, vt agrum ab illis terminatum diuiderent in fundos, quotcunque illi essent futuri, et columnis decentibus distinguerent, atque huius partem venderent, praecipue vero eam, de qua cum priuatis aliqua erat controuersia, ita vt emtores actionem ipsorum *fundorum* haberent contra eos, qui sibi illos vendicare vellent; partem vero reliquam in quinquennium locarent; quicquid autem pecuniae ex istis locationibus redactum fuisset, id impenderetur in militum stipendia et sumtus, qui ad bellicos vsus sunt necessarii. „Nunc enim, inquiebat, pauperes iure optimo diuitibus inuident, qui sibi vsurparunt, detinentque ea, quae sunt publica: nec mirum est, si res publicas diuidi,

a "Ωστε συνωνησαμένοις εἶναι πρ. τ. ἀντ. τὴν ὑπὲρ αὐτῶν κρίσιν] "Ωστε τοῖς ὠνησαμένοις εἶναι πρὸς τοὺς ἀντιποιησομένους ὑπὲρ αὐτῶν κρίσεις *Vat.*

b Pro καὶ structura et sensus postulat τὴν δὲ, seu τὴν δὲ λοιπὴν, quod maluit *Gelen.* In *Lapi* versione, *partemque aliquam in quinquennium locari. Sylb.* Nec καὶ, nec τὴν δὲ agnoscit *Cod. Vat.*

c Εἰ τὰ κοινὰ πάντας διανείμασθαι μᾶλλον ἀξιοῦσιν *Vat.* quo modo fortasse in *Lapi Cod.* nam vertit: *si potius publica diuidere inter se omnes aequum censent.* vulgatis deest v. πάντας.

* Possis

κοινὰ πάντας μᾶλλον διανείμασθαι ἀξιοῦσιν, ἢ τοὺς ἀναιδεστάτους τε καὶ ὀλίγους κατέχειν. ἐὰν δ᾽ ἀφισταμένους αὐτῆς ὁρῶσι τοὺς νῦν καρπουμένους, καὶ τὰ κοινὰ ὄντως κοινὰ γινόμενα, παύσονται φθονοῦντες ἡμῖν, τήν τ᾽ ἐπιθυμίαν τῆς κατ᾽ ἄνδρα διανομῆς τῶν ἀγρῶν ἐπανήσουσι μαθόντες, ὅτι λυσιτελεστέρα τῆς μικρᾶς ἑκάστῳ μερίδος, ἡ κοινὴ μετὰ πάντων ἔσται κλῆσις. διδάσκωμεν γὰρ αὐτοὺς, ἔλεγεν, ὅσον τὸ διάφορον, καὶ ὡς εἷς μὲν ἕκαστος τῶν πενήτων γήδιον οὐ μέγα λαβὼν, καὶ εἰ τύχοι γείτονας ὀχληροὺς [d] ἔχων· οὔτε γὰρ αὐτὸς ἱκανὸς ἔσται τοῦτο γεωργεῖν δι᾽ ἀπορίαν, οὔτε τὸν μισθωσόμενον, ὅτι μὴ γείτονα, εὑρήσει· εἰ δὲ μεγάλοι κλῆροι, ποικίλας τε καὶ ἀξιολόγους ἔχοντες γεωργοῖς ἐργασίας, ὑπὸ τοῦ κοινοῦ μισθοῖντο, πολλὰς οἴσουσι προσόδους· καὶ ὅτι κρεῖττον αὐτοῖς ἐστιν, ὅταν ἐξίωσιν ἐπὶ τοὺς πολέμους, ἐκ τοῦ δημοσίου [e] ταμιείου τὸν ἐπισιτισμόν τε καὶ ὀψωνιασμὸν λαμβά-

diuidi, quam ab impudentissimis hominibus, iisque paucis, detineri *Per. Iul.*
malint. Quod si viderint, ipso agro cedere eos, qui nunc eius fru- 4230.
ctum percipiunt, et quae publica sunt, vere publica esse, inuidere *Ante*
nobis desinent, et illa cupiditas agri viritim diuidendi refrige- *Chr.* 484.
scet; vbi cognouerint, maiorem esse vtilitatem publicae posses- *Olymp.* 73. 4
sionis, quam agellorum viritim diuisorum. Eos enim doceamus, 74. 1.
(inquiebat) * quantum intersit, et si singuli pauperes exiguum *Cat.*
agellum acceperint, et in turbulentos vicinos inciderint, fore, *V.C.* 268.
vt nec ipsi ob paupertatem eum colere possint, nec nisi vicinum, *Var.*
qui eum conducere velit, reperiant: sin vero latifundia, varias 270.
et non contemnendas agricolis culturas habentia, publice locentur, magni prouentus inde ad rempublicam redeant. et satius ipsis esse, quoties ad militiam proficiscuntur, ex horreis publicis frumentum et ex aerario stipendia accipere,
quam

* Possis etiam ὅσον τὸ διάφορον accipere pro *quantum sit* agri publici *pretium*. *Sylb.*

d Ἔχειν· οὔτε γὰρ αὐτὸς] Optime in *Cod. Vat.* ἔχων· οὔτε αὐτὸς etc. quo plane modo legendum esse coniiciebat *Portus.*

e Ταμείου] Ταμιείου *Vat.* vt mox vers. sequ.

f Omis-

νειν, ἢ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων εἰς [f] τὸ ταμιεῖον, ἑκάςȣ τεθλιμμένων [g] ἔςιν ὅτε τῶν βίων, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τῷ συμποϱίζειν τὸ ἀϱγύϱιον ἐπιβαϱησομένων.„

LXXIV. Ταύτην εἰσηγησαμένȣ τὴν γνώμην [h] Ἀππίȣ", καὶ σφόδϱα δόξαντος εὐδοκιμεῖν, δεύτεϱος ἐϱωτηθεὶς Αὖλος Σεμπϱώνιος Ἀτϱατῖνος ἔλεξεν· „Ἄππιον μὲν οὖν ἔχω πϱῶτον ἐπαινεῖν, ὡς φϱονῆσαί τε ἱκανώτατον πϱὸ πολλȣ̃ τὰ μέλλοντα, καὶ γνώμας τὰς καλλίςας τε καὶ ὠφελιμωτάτας ἀποδεικνύμενον, βέβαιόν τε καὶ ἀμετακίνητον [i] ὄντα ἐν τοῖς κϱιθεῖσι, καὶ ὅτε φόβῳ εἴκοντα, ὅτε χάϱισιν [k] ὑποκατακλινόμενον. ἀεὶ γὰϱ ἐπαινῶν [l] αὐτὸν καὶ θαυμάζων διατελῶ, τȣ̃ τε φϱονίμου καὶ τῆς γενναιότητος, ἣν [m] παϱὰ τὰ δεινὰ ἔχει· γνώμην τ' οὐχ ἑτέϱαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ταύτην ἀποδείκνυμαι, μικϱὰ ἔτι πϱοσθεὶς αὐτῇ, ἅ μοι παϱαλιπεῖν Ἄππιος [n] ἐδόκει.

Per. Iul. 4230. quam in aerarium de ſuis fortunis *conferre*, ſingulis interdum victus penuria laborantibus, eosque multo magis in pecuniae
Ante Chr. 484. collatione grauatum iri dicebat.„

Olymp. 73. 4. 74. 1. Quum Appius hanc ſententiam dixiſſet, et optime ſentire viſus fuiſſet, ſecundo loco rogatus A. Sempronius Atratinus, haec dixit: Primum laudandus eſt mihi Appius, vt vir pruden-
V.C. Cat. 268. *Var.* 270. tiſſimus in praeuidendis rebus futuris multo antequam eueniant, et vt ſententiarum honeſtiſſimarum vtiliſſimarumque auctor, et vt qui conſtanter in propoſito manet, nec ab eo dimovetur, et nec metu cedit, nec gratia flectitur. Semper enim illum laudo et admiror, tum ob eius prudentiam, tum etiam ob fortitudinem in periculis: nec aliam ſententiam dicam, ſed et ipſe hanc ſequar, paucis quibuſdam ei additis, quae Appius omiſiſſe

f Omiſſum hic εἰσφέϱειν, vt *Lapi* quoque verſio indicat: *quam in aerarium ex propriis domibus inferre.* etc. *Sylb.*

g ἔςαι ὅτε et καὶ ὅτι μᾶλλον] In *Cod. Vat.* ἔςιν ὅτε, et mox καὶ ἔτι μᾶλλον. quo modo (vt etiam in *Cod. Rom.*) legendum eſſe docuit *Sylb.*

h Deeſt *Vat.*

i Non agnoſcit *Vat.*

k Ὑποκλινόμενον] Rectius in *Cod. Vat.* ὑποκατακλινόμενον. quo ſaepe vtitur *Dionyſius*, vt nos monuit *Steph.*

l Καὶ θαυμάζων αὐτὸν *Vat.*

m Πεϱὶ] παϱὰ *Vat.*

n Δοκεῖ *Vat.*

o Ὅσης]

Ἕρνικας μὲν γὰρ καὶ Λατίνους, οἷς νεωστὶ δεδώκαμεν τὴν ἰσοπολιτείαν, οὐδ' αὐτὸς οἶμαι δεῖν κληρουχεῖν τὰ ἡμέτερα. οὐ γὰρ, ἐξ οὗ προσῆλθον εἰς τὴν φιλίαν ἡμῖν, ταύτην τὴν γῆν κτησάμενοι ἔχομεν, ἀλλὰ παλαίτερον ἔτι, τοῖς ἑαυτῶν κινδύνοις, οὐδενὸς ἄλλου προσωφελήσαντος, ἀφελόμενοι τοὺς ἐχθρούς. ἀποκρινώμεθά τ' αὐτοῖς, ὅτι τὰς μὲν πρότερον ὑπαρχούσας ἡμῖν κτήσεις, ὅσας ἕκαστοι εἴχομεν, ὅτε τὴν φιλίαν συνετιθέμεθα, ἰδίας τε καὶ ἀναφαιρέτους ἑκάστοις δεῖ μένειν· [o] ὅσων δ' ἂν, ἀφ' οὗ τὰς συνθήκας ἐποιησάμεθα, κοινῇ στρατεύσαντες ἐκ πολέμου κύριοι γενώμεθα, τούτων ὑπάρξει τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις λάχος. ταῦτα γὰρ οὔτε τοῖς συμμάχοις, ὡς ἀδικουμένοις, ὀργῆς παρέξει δικαίας προφάσεις, οὔτε τῷ δήμῳ δέος, μὴ δόξῃ τὰ κερδαλεώτερα πρὸ τῶν [p] εὐπρεπεστάτων αἱρεῖσθαι. τῇ τε αἱρέσει τῶν ἀνδρῶν, οὓς Ἄππιος ἠξίου ὁριστὰς γενέσθαι τῆς δημοσίας γῆς, πάνυ εὐδοκῶ. πολλὴν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' οἴσει παῤῥησίαν πρὸς

fiſſe mihi videtur. Nam Hernicis et Latinis iure ciuitatis a nobis recens donatis, ne ipſe quidem agros noſtros diuidendos cenſeo. nec enim, ex quo illi in amicitiam noſtram recepti ſunt, hunc agrum nobis parauimus: ſed multo ante, noſtroque marte, nullis externis auxiliis nos adiuuantibus, hoſtibus ademtum poſſidemus. Ipſiſque reſpondeamus, poſſeſſiones eas, quas antea vnuſquiſque noſtrum habebat, quo tempore amicitiam iniimus, oportere ſuis dominis proprias ac perpetuas manere; ita vt illis non adimantur: quicquid vero agri, poſt foedus ictum, in communi militia armis parauerimus, ex hoc vnumquemque partem, quae ſorte ei obtigerit, habiturum. Haec enim nec ſociis, velut iniuria affectis, iuſtae irae materiam praebebunt; nec efficient, vt populus Romanus metuat, ne vtilitatem honeſtati antepoſuiſſe videatur. Caeterum, electionem virorum, quos Appius agri publici finitores eſſe cenſebat, valde approbo. Hac enim re fiet, vt multo liberius cum plebe agere

Per. Iul. 4230. *Ante Chr.* 484. *Olymp.* 73. 4. 74. 1. *Cat. V.C.* 268. *Var.* 270.

o Ὅσης] ὅσων *Vat.* quod neceſſarium eſt, ob inſequens τούτων.

p Malim εὐπρεπεστέρων. *Sylb.*

q Ἀλλὰ

τοὺς δημοτικούς· ἐπεὶ νῦν γ' ἄχθονται κατ' ἀμφότερα, καὶ ὅτι αὐτοὶ τῶν δημοσίων οὐθὲν ἀπολαύουσι κτημάτων, καὶ ὅτι ἐξ ἡμῶν τινες οὐ δικαίως αὐτὰ καρποῦνται. ἐὰν δὲ δημοσιωθέντα ἴδωσι, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν προσόδους εἰς τὰ κοινὰ καὶ ἀναγκαῖα δαπανωμένας, οὐδὲν ὑπολήψονται σφίσι διαφέρειν, τῆς γῆς, ἢ τῶν ἐξ αὐτῆς καρπῶν μετέχειν. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι τῶν ἀπόρων ἐνίους μᾶλλον εὐφραίνουσιν αἱ ἀλλότριαι βλάβαι τῶν ἰδίων ὠφελειῶν. οὐ μὴν ἀπόχρη γ', οἴομαι, τούτων ἑκάτερον ἐν τῷ ψηφίσματι γραφὲν, [q] ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλης τινὸς οἴομαι δεῖν [r] θεραπείας μετρίας τὸν δῆμον οἰκειώσασθαί τε καὶ ἀναλαβεῖν· ἣν μετὰ μικρὸν ἐρῶ, τὴν αἰτίαν πρῶτον ὑμῖν ἀποδειξάμενος, μᾶλλον δὲ τὴν ἀνάγκην, δι' ἣν καὶ τοῦτο πρακτέον ἡμῖν.„

LXXV. „Ἴστε δήπου τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ῥηθέντας ὑπὸ τοῦ δημάρχου λόγους, [s] ὅτι ἤρετο τῶν ὑπάτων τὸν ἕτερον τοῦτον Οὐεργίνιον, ἥντινα γνώμην ἔχει περὶ τῆς κληρουχίας,

Per. Iul. 4230. *Ante Chr.* 484. *Olymp.* 73 4 74. 1. *Cat.* 268. *V.C. Var.* 270.

agere possimus: siquidem nunc vtroque nomine indignatur, tum quia ipsa ex publicis possessionibus nullum fructum percipit, dum etiam, quia nonnulli de nobis nullo iure iis fruuntur. Sed si has publicas esse viderit, earumque prouentus in publicos et necessarios vsus impendi; non putabit, sua referre, vtrum agris, an eorum prouentibus fruatur. Non dicam enim, nonnullos inopes ex aliorum detrimentis maiorem voluptatem capere, quam ex suis commodis. Non tamen (vt opinor,) satis est, si hoc vtrumque in senatusconsulto scribatur, sed et alio officio plebem demerendam reficiendamque arbitror, de quo paullo post dicam; vbi prius caussam vobis ostendero, imo potius necessitatem, cur hoc quoque nobis sit faciendum.„

Scitis sane verba in concione a tribuno facta, quum ex altero consule isto Virginio quaesiuit, quidnam sentiret de illa agrorum diuisione,

q Ἀλλὰ δι' ἄλλης] ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλης *Vat.*

r Θεραπείας μετρίας *Vat.* atque ita in *Lapi Cod.* nam vertit *moderata cultione.* Adiectiuum deest vulgatis.

s Ὅτε ἤρετο *Vat.* quod maluit etiam *Sylb.*

t Οὐδὲν

πότερα τοῖς μὲν πολίταις συγχωρεῖ διανέμειν τὰ δημόσια, τοῖς δὲ συμμάχοις οὐκ ἐᾷ· ἢ τῶν κοινῶν τῶν ἡμετέρων [t] οὐδὲν οὐδ' ἡμῖν συγχωρεῖ μέρος λαγχάνειν; καὶ οὗτος ὡμολόγησε [u] τὸ καθ' ἡμᾶς μέρος οὐ κωλύειν τῆς κληρουχίας, ἐὰν πᾶσι ταῦτα κράτιστα εἶναι δοκῇ· καὶ ἡ συγχώρησις ἥδε τούς τε δημάρχους ἐποίησεν ἡμῖν συναγωνιστάς, καὶ τὸν δῆμον ἐπιεικέστερον. [x] τί οὖν μαθόντες, ἃ τότε συνεχωρήσαμεν, νῦν ἀναθησόμεθα; ἢ τί πλέον ἡμῖν ἔσται τὰ γενναῖα καὶ τὰ καλὰ πολιτεύματα καὶ ἄξια τῆς ἡγεμονίας πολιτευομένοις, ἐὰν μὴ πείθωμεν τοὺς χρησομένους; οὐ πείσομεν δέ. καὶ τοῦτο οὐδεὶς ὑμῶν ἀγνοεῖ. [y] χαλεπώτερον γὰρ ἂν τῶν μὴ τυγχανόντων

diuisione, vtrum ciuibus quidem Ro[illegible]is agrum publicum dividi permitteret, sociis vero non pateretur, [illegible]n ne nobis quidem nostrorum communium agrorum partem [illegible]tam accipere permitteret? istumque respondisse, se non impedire, quo minus ager nobis diuideretur, si hoc optime factum omnibus videretur: atque hac permissione et tribunos nobis adiunctos, et plebem mitiorem redditam. Quamnam igitur ob caussam ea, quae tunc concessimus, nunc denegabimus? aut quam maiorem vtilitatem generosa et praeclara, imperioque digna instituta nostra nobis afferent, nisi eorum vsum persuaserimus? non persuadebimus autem. et hoc nemo vestrum ignorat. Qui enim spe sua fuerint frustrati, nec res sibi promissas

Per. Iul. 4230. *Ante Olymp.* 73/74. 4/1. *Cat. V.C.* 268. *Var.* 270.

t Οὐδὲν ἡμῖν] Rectius οὐδ' ἡμῖν in [*Vat.* et] *Lapi Cod.* vt supra in tribuni oratione, p. 1683. v. 6. ἀξιῶν οὐδ' ἡμῖν αὐτοῖς διανέμειν τὰ κοινά. *Rom. Cod.* habet ἢ τῶν κοινῶν καὶ ἡμετέρων οὐδὲν ἡμῖν συγχωρεῖ μέρος λαμβάνειν, *de communibus et nostris nullam nobis portionem accipere concederet. Sylb.*

u Lapus vertit: *sortitionem se inter nos non prohibere.* vbi si τὸ καθ' ἡμᾶς μέρος absolute accipere velis pro *quod ad nos attineat,* accus. casu legendum erit τὴν κληρουχίαν. at si periphrastice accipiamus pro τοὺς ἡμῶν δημότας, vt p. 1692. v. 12. loquitur, nulla mutatione opus erit. *Sylb.*

x Τί οὖν μαθόντες *Vat.* vulg. τί οὖν παθόντες.

y Lapi versio hanc lectionem agnoscit. Sed possis genitiuum τῶν μὴ τυγχανόντων etiam partitiue accipere, vt sensus sit: inter eos, qui cupitis frustrantur, grauius commoueri eos, qui et spe sua et promissis sibi

ἀπαντήσειαν οἱ ψευσθέντες τῆς ἐλπίδος, καὶ τὰ ὁμολογηθέντα μὴ κομιζόμενοι. οἰχήσεται δὴ πάλιν φέρων z αὐτοὺς ὁ τὰ πρὸς ἡδονὴν πολιτευόμενος, καὶ οὐδὲ τῶν δημάρχων τις ἔτι μεθ' ἡμῶν στήσεται. τί οὖν ὑμῖν πράττειν παραινῶ, καὶ τί προστίθημι τῇ Ἀππίου γνώμῃ, μάθετε· ἀλλὰ μὴ προεξαναστῆτε, μηδὲ θορυβήσητε, πρὶν πάντα ἀκούσητε, ἃ λέγω. τοῖς αἱρεθησομένοις ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς χώρας, καὶ περιορισμὸν, εἴτε δέκα ἀνδράσιν, [a] εἴτε ὅσοις δή ποτε, ἐπιτρέψατε διαγνῶναι, τίνα τ' αὐτῆς δεῖ, καὶ ὁπόσην κοινὴν εἶναι πάντων, καὶ κατὰ πενταετίαν μισθουμένην αὔξειν [b] τὰς τοῦ δημοσίου προσόδους· ὁπόσην τ' αὖ καὶ ἥντιν~ τοῖς δημόταις ἡμῶν διαιρεθῆναι· ἣν δ' ἂν ἐκεῖν· κληροῦχον ἀποδείξωσι γῆν, ὑμᾶς διαγνόντας ..ιε ἅπασιν, [c] εἴτε οἷς δὴ οὐκ ἔστι

... .. acceperint, multo infenſiores nobis erunt, quam illi, qui
4230. nihil impetrare poſſunt. Iterum igitur veniet aliquis, qui, rem-
Ante publicam ad eorum voluntatem adminiſtrans, *leges* ipſis gratas
Chr. 484. feret, nec vllus tribunus plebis amplius a nobis ſtabit. Quid
Olymp. igitur vobis faciendum cenſeam, et quid Appii ſententiae ad-
73. 4. 74. 1. dam, audite: ſed ne ſurgatis, neue tumultum excitetis, ante-
V. C. Cat. 268. quam omnia, quae dicam, audieritis. Illis, qui ad agrum in-
Var. 270. ſpiciendum et metandum eligentur, ſiue decemuiri, ſiue quotcunque ſint futuri, permittite, vt diſcernant, quaenam eius pars, et quanta ad rempublicam pertinere debeat, vt in quinquennium locata publicos reditus augeat; item quantum agri, et quem plebi noſtrae diuidere oporteat. Quem vero agrum illi diuidendum plebi aſſignarint, *ſuadeo, vt,* vbi de eo cognoueritis, ſiue omnibus, ſiue iis tantum, qui nullam agri portionem habent,

ſibi factis eluduntur. *Gelenius* hoc modo legiſſe videtur: χαλεπώτεροι γὰρ ἂν τῶν μὴ τυγχανόντων καὶ τῆς ἐλπίδος ψευσθέντων, ἀπαντήσειαν οἱ τὰ ὁμολογηθέντα μὴ κομιζόμενοι. *Sylb.* In *Cod. Vat.* Χαλεπώτερα γὰρ ἂν τῶν μὴ τυγχανόντων ἀποτίσειαν οἱ ψευσθέντες etc.

z Αὐτοῖς] Νόμους deſiderari exiſtimat *Portus.* In *Cod. Vat.* φέρων αὐτοὺς. ita plane in *Lapi Cod.* nam vertit: *ferens eos* etc.

a Εἴθ' ὅσοις *Vat.*

b Τὰς τοῦ ταμείου προσόδους· ὁπόσην τ' αὖ *Vat.*

c Εἴθ' ὅσοις *Vat.*

d In

κλῆρος, εἴτε τοῖς ἐλάχιστον ἔχουσι τίμημα, εἴτε ὅπως ἂν βούλησθε, [d] κατανεῖμαι· τοὺς δὲ ὁριστὰς αὐτῆς ἄνδρας, καὶ τὸ ὑμέτερον ψήφισμα, ὃ περὶ τῆς κληρουχίας ἐξοίσετε, [e] καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα δεῖ γενέσθαι, ἐπειδὴ βραχὺς ὁ λειπόμενός ἐστι τῆς ἀρχῆς τοῖς ὑπάτοις χρόνος, τοὺς [f] εἰσιόντας ὑπάτους, ὡς ἂν αὐτοῖς κράτιστα δοκῇ ἕξειν, ἐπιτελέσαι. οὔτε γὰρ ὀλίγων τηλικαῦτα πράγματα δεῖται χρόνων, οὔτε ἡ νῦν στασιάζουσα ἀρχὴ φρονιμώτερον ἂν καταμάθοι τὰ συμφέροντα τῆς μετὰ ταύτην ἀποδειχθησομένης, ἐὰν ἐκείνη γε, ὥσπερ ἐλπίζομεν, ὁμονοῇ. χρήσιμον δὲ πρᾶγμα ἐν πολλοῖς καὶ ἥκιστα σφαλερὸν ἀναβολή· καὶ πολλὰ ὁ χρόνος ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μετατίθησι· καὶ τὸ μὴ [g] στασιάζον ἐν τοῖς προεστηκόσι τῶν κοινῶν, ἁπάντων ἀγαθῶν ἐν ταῖς πόλεσιν αἴτιον. ἐγὼ μὲν δὴ ταύτην ἀποφαίνομαι τὴν γνώμην· εἰ δέ τις ἄλλο κρεῖττον εἰσηγεῖται, λεγέτω.»

habent, siue iis, quorum census est minimus, siue etiam, quomodocunque vobis placuerit, eum diuidatis; atque finitorum creationem, et vestrum senatusconsultum, quod de agris diuidendis estis facturi, et alia, quaecunque sunt facienda, (quoniam tempus, quod horum consulum magistratui superest, breue est) sequentibus coss. committenda censeo, vt isti, quod maxime e republica videbitur, faciant. neque enim tanta negotia breui temporis spatio indigent, neque coss. isti inter se dissidentes prudentius prospicient, quid sit vtile, quam qui post eos creabuntur, si modo illi (vti speramus) concordes fuerint. Multis autem in rebus dilatio est vtilis, et minime periculosa; et tempus multa vnius diei spatio mutat; et magistratuum rempublicam administrantium concordia omnium bonorum ciuitatibus caussa esse solet. Atque haec est mea sententia: sed si quis aliam meliorem habet, eam dicat.„

Per. Iul. 4230. *Ante Chr.* 484. *Olymp.* 73. 4. / 74. 1. *Cat. V.C.* 268. *Var.* 270.

d In *Ed. Steph.* et *Lapi Cod.* nulla distinctio post κατανεῖμαι. errore plane manifesto. Rectius in *Cod. Vat.* κατανεῖμαι· τοὺς δὲ ὁριστάς. vulgatae, hoc est Sylburgiana et Hudsoniana, sic dant: κατανεῖμαι. τούς τε ὁριστάς.

e Καὶ τἄλλα *Vat.*

f Vsitatius ἐπιόντας.

g Στασιάζον ἐν τοῖς *Vat.* praepositio abest a vulgatis.

LXXVI. Παυσαμένου δ' αὐτοῦ, πολὺς ἔπαινος ἐκ τῶν παρόντων ἐγένετο, [h] καὶ οὐδὲ εἷς τῶν μετ' ἐκεῖνον ἐρωτηθέντων ἑτέραν γνώμην ἀποφαίνεται· γράφεται δὴ μετὰ ταῦτα τὸ τῆς βουλῆς δόγμα τοιόνδε· ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατικῶν [i] ἀποδειχθῆναι δέκα τοὺς πρεσβυτάτους, οἵτινες ὁρίσαντες τὴν δημοσίαν χώραν, ἀποδείξουσιν, ὅσην τε δεῖ μισθοῦσθαι, καὶ ὅσην τῷ δήμῳ διαιρεθῆναι· τοῖς δ' ἰσοπολίταις τε καὶ συμμάχοις, ἐάν τινα ὕστερον ἐπικτήσωνται κοινῇ στρατευσάμενοι, τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις κατὰ τὰς ὁμολογίας ὑπάρχειν μέρος· τὴν δὲ αἵρεσιν τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὴν διανομὴν τῶν κλήρων, καὶ τἄλλα, ὅσα δεῖ γενέσθαι, τοὺς εἰσιόντας ἐπιτελέσαι ὑπάτους. τοῦτο τὸ δόγμα εἰς τὸν δῆμον εἰσενεχθὲν τόν τε Κάσσιον ἔπαυσε τῆς δημαγωγίας, καὶ τὴν ἀναρριπιζομένην ἐκ τῶν πενήτων στάσιν οὐκ εἴασε περαιτέρω προελθεῖν.

LXXVII. Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ τετάρτης ὀλυμπιάδος ἐνεστώσης, ἣν ἐνίκα στάδιον Ἄστυλλος Συρακούσιος, Ἀθήνησι δ' ἄρχων ἦν Λεώστρατος, Κοΐντου

Per. Iul. 4230. Ante Chr. 484. Olymp. 73. 4. 74. 1. V. C. Cat. 268. Var. 270.

Quum autem is finem dicendi fecisset, ab omnibus, qui aderant, magnis laudibus est exceptus: omnesque, qui post eum rogati fuerunt, in eandem sententiam iuerunt. Post haec igitur tale senatusconsultum factum est: vt decemuiri ex consularibus natu maximi crearentur, qui agro publico terminato pronunciarent, quantum eius locandum esset, et quantum plebi diuidendum: caeterum et iis, qui ius ciuitatis essent adepti, et sociis, si quis ager communi militia postea partus fuisset, singulis portio, quae sorte illis obtigisset, ex foedere daretur: decemuirorum vero creatio, et agrorum diuisio, et alia, quaecunque essent agenda, sequentibus coss. curae essent. Hoc senatusconsultum ad populum relatum Cassii conciones cohibuit, et inopum gliscentem seditionem vlterius progredi non siuit.

Anno sequenti, septuagesimae quartae olympiadis initio, qua vicit in stadio Astyllus Syracusanus, archonte Athenis Leostrato,

h Καὶ οὐθεὶς τῶν *Vat.*

i Δέκα ἀποδειχθῆναι. et mox v. 16. τῷ δ' ἑξῆς in *Cod. Vat.*

k Scribo

Φαβίου, καὶ Σεργίου Κορνηλίου τὴν ὑπατείαν παρειληφότων, ἄνδρες ἐκ τῶν πατρικίων, νέοι μὲν ἔτι τὴν ἡλικίαν, [k] ἐπιφανέστατοι δὲ τῶν ἄλλων, κατά τ' ἀξιώσεις προγόνων [l] καὶ κατὰ τὰς ἑταιρίας τε καὶ πλούτους μέγα δυνάμενοι, καὶ ὡς νέοι τὰ πολιτικὰ πράττειν οὐδενὸς τῶν ἐν ἀκμῇ χείρους, Καίσων Φάβιος, ἀδελφὸς τοῦ τότε ὑπάτου ὄντος, καὶ Λεύκιος Οὐαλέριος Ποπλικόλας, [m] ἀδελφὸς τοῦ καταλύσαντος τοὺς βασιλεῖς, τὴν ταμιευτικὴν ἔχοντες ἐξουσίαν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ διὰ τοῦτο ἐκκλησίαν συνάγειν ὄντες κύριοι, τὸν ὑπατεύσαντα [n] τῷ πρόσθεν ἐνιαυτῷ Σπόριον Κάσσιον, καὶ τολμήσαντα [o] τοὺς περὶ τῆς διανομῆς εἰσηγήσασθαι νόμους, εἰσήγγειλαν εἰς τὸν δῆμον ἐπὶ τυραννίδος αἰτίᾳ· καὶ προειπόντες ἡμέραν ῥητὴν, ἐκάλουν αὐτὸν ὡς ἐπὶ τοῦ δήμου τὴν δίκην ἀπο-

ſtrato, Quinto Fabio et Seruio Cornelio coſſ. *duo* patricii iuuenes omnium nobiliſſimi, qui tum maiorum dignitate, tum ſodalitiis *et clientelis*, ac opibus ſuis multum poterant, et qui vt iuvenes nemini iuniorum in publicis negotiis tractandis erant ſecundi, Caeſo Fabius, frater eius, qui tunc conſul erat, et Lucius Valerius Poplicola, frater eius, qui reges expulerat, eodem tempore quaeſtores, ac ideo conuocandae concionis ius habentes, Sp. Caſſii, qui ſuperiore anno conſulatum geſſerat, et qui legis agrariae auctor eſſe auſus fuerat, nomen ad populum detulerunt, tyrannidis affectatae eum accuſantes, diemque ei dixerunt, qua apud populum cauſſam dicere iuſſerunt. Quum

Per. Iul. 4231. Ante Chr. 483. Olymp. 74 ½. Cat. U.C. 269. Var. 271. Q. Fabio et Ser. Cornelio coſſ. Sp. Caſſius in iudicium vocatus et condemnatus tyrannidis.

k Scribo ἐπιφανέστατοι δὲ τῶν ἄλλων κατά γε ἀξιώσεις προγόνων. vt poſt hunc genitiuum ὑποστιγμὴ ponatur, et ſequentia καὶ κατὰ τὰς ἑταιρίας τε καὶ πλούτους cum μέγα δυνάμενοι iungantur. Pro hac mea lectione facit omnino locus alter *Dionyſii*, γένους τε ἀξιώσει λαμπρότατοι, καὶ ἑταιρίαις μεγάλα δυνάμενοι. *Steph.*

l Καὶ διὰ τὰς ἑταιρίας *Vat.*

m Ita etiam in [*Vat.* et] *Lapi Cod.* Sed *Glareanus* mavult, *ex fratre* (*ſc.* Marco Valerio) *nepos*, ἀδελφιδοῦς, ſeu ἀδελφόπαις. itidemque *Gelenius*. Atque hoc ipſum (inquit *Sylb.*) manifeſtum eſſe videtur ex iis, quae ſequuntur infra p. 553. [iuxta *Ed. Sylb.*]

n Τῷ πρόσθ' ἐνιαυτῷ *Vat.*

o Τοὺς περὶ τῆς διανομῆς *Vat.* poſterior articulus deeſt vulgatis.

λογησόμενον. ὄχλου δὲ πλείστου συναχθέντος εἰς τὴν ἀποδειχθεῖσαν ἡμέραν, συγκαλέσαντες εἰς ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος, τά τ' ἐμφανῆ τοῦ ἀνδρὸς [p] ἔργα, ὡς ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ γενόμενα, διεξήεσαν· ὅτι Λατίνοις μὲν πρῶτον, οἷς [q] ἀπέχρη πολιτείας κοινῆς ἀξιωθῆναι, μέγα εὐτύχημα ἡγουμένοις, εἰ καὶ ταύτης τύχοιεν, οὐ μόνον ἣν ᾔτουν [r] ἰσοπολιτείαν ὕπατος ὢν ἐχαρίσατο, ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων, ἐὰν κοινὴ γένηται [s] στρατεία, τὴν τρίτην ἐψηφίσατο δίδοσθαι· ἔπειτα Ἕρνικας, οὓς πολέμῳ χειρωθέντας ἀγαπᾶν [t] ἔχρην, εἰ μὴ καὶ τῆς αὐτῶν χώρας ἀφαιρέσει τινὶ ζημιωθεῖεν, φίλους μὲν ἀντὶ ὑπηκόων ἐποίησε, [u] πολίτας δὲ ἀντὶ ὑποτελῶν, γῆς τε καὶ λείας, [x] ἣν ἐὰν ἐκ παντὸς κτήσωνται, τὴν ἑτέραν ἔταξε λαμβάνειν τρίτην μερίδα. ὥστε μεριζομένων εἰς τρεῖς κλήρους τῶν λαφύρων, τοὺς μὲν ὑπηκόους τε καὶ ἐπή-

Per. Iul. 4231. *Ante Chr.* 483. *Olymp.* 74½. *Cat.* *V.C.* 269. *Var.* 271.

Quum autem ad diem dictam plurima turba confluxisset, conuocata ad concionem multitudine, hominis manifesta acta nihil boni in se habuisse prolixa oratione demonstrarunt. Ac primum quidem, quod Latinis, qui se iure ciuitatis donari satis habebant, et magnae suae felicitati tribuebant, si modo hoc quoque impetrarent, non solum ius ciuitatis, quod petebant, in suo consulatu largitus fuisset, sed etiam tertiam praedae partem, si communis esset militia, dari decreuisset: deinde, quod Hernicos (quibus bello subactis satis esse debebat, si et agri sui parte aliqua mulctati non fuissent) amicos pro subditis, et ciues pro stipendiariis fecisset, et agri ac praedae, quaecunque parta *in posterum* esset, aliam tertiam partem accipere statuisset. ita vt, praeda trifariam diuisa, subditi et aduenae duas partes acciperent, ipsi

p Ἔργα ὡς ἐπ' οὐδενὶ *Vat.* vulgatis deest ὡς.

q Perperam in *Ed. Steph.* ἀπόχρη.

r In *Ed. Steph.* ὑπατείαν. Πολιτείαν *Vat.* atque ita legisse videtur *Lapus*, qui male vertit, *ciuilitatem*. Suam lectionem tuetur *Sylburgius* ex p. 1677. v. 7. et p. 1684. v. 13. Verum πολιτείαν malim, si vox κοινὴν (quae supra v. 5. exprimitur) cum ea subaudiatur.

s στρατιὰ] Rectius forsan ἐὰν κοινὴ γένηται στρατεία. *Sylb.*

t Ἔχρῆν vsitatius. *Sylb.*

u Πολίτας τε] π. δὲ *Vat.*

x *Portus* malit ἣν ἄν.

y Πρὸς

λυδας διμοιρίας λαμβάνειν, τοὺς δ' αὐθιγενεῖς καὶ ἡγεμόνας τρίτην μερίδα. ἐκ δὲ τούτου δυοῖν τῶν ἀτοπωτάτων θάτερον ἐπεδείκνυσαν αὐτοῖς συμβησόμενον, ἐὰν τινας ἑτέρους διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας προέλωνται ταῖς αὐταῖς τιμῆσαι δωρεαῖς, αἷς Λατίνους τε ἐτίμησαν, καὶ τοὺς μηδ' ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἀποδειξαμένους Ἕρνικας. μιᾶς γὰρ καταλειπομένης αὐτοῖς τρίτης μερίδος, ἢ τὰ ὅμοια ψηφισαμένους, μηδὲν ἑαυτοῖς καταλείψειν.

[y] Πρὸς δὲ τούτοις διεξῄεσαν, ὅτι δημεῦσαι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ἐπιβαλόμενος, οὔτε τῆς βουλῆς ψηφισαμένης, LXXVIII. οὔτε τῷ συνυπάτῳ δοκοῦν, βίᾳ κυροῦν ἐμέλλησε τὸν νόμον, ὃς οὐ καθ' ἓν τοῦτο μόνον ἦν ἀσύμφορός τε καὶ ἄδικος, ὅτι, προβουλεῦσαι δέον τὸ συνέδριον, καὶ εἰ δόξειεν ἐκείνῳ, κοινὴν ἁπάντων εἶναι τῶν ἐν τέλει τὴν φιλανθρωπίαν, ἑνὸς ἀνδρὸς ἐποίει τὴν χάριν· ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνο, τὸ πάντων σχετλιώτατον, ὅτι λόγῳ μὲν δόσις ἦν τοῖς πολίταις τῆς δημοσίας χώρας, ἔργῳ δὲ ἀφαί-

ipsi vero indigenae et domini tertiam. Hinc autem e duobus absurdissimis alterutrum ipsis euenturum demonstrabant, si quos alios ob multa et magna in se merita iisdem donis honorare vellent, quibus Latinos honorarant, et Hernicos, quorum ne vel minima quidem in populum Romanum merita exstarent. Quum enim ipsis vna tantum tertia esset reliqua, aut non habituros, quam illis partem darent, aut, si eadem eis decernant, nihil sibi ipsis relicturos.

Per. Iul. 4231. Ante Chr. 483. Olymp. 74 ½. Cat. U.C. 269. Var. 271.

Praeterea dixerunt, eum, quum sibi proposuisset bona ciuitatis publicare, nec ex senatusconsulto, nec ex collegae consensu, vi legem perferre conatum fuisse: quae non isto tantum nomine perniciosa et iniusta erat, quod, quum debuisset senatusconsultum praecedere, et, si patribus placuisset, ita demum istud beneficium omnium magistratuum commune esse, ipse tamen illud ad vnum hominem transtulisset: sed etiam eo, quod omnium erat grauissimum, quia verbis quidem ager publicus gratis diuidebatur ciuibus, sed re ipsa Romanis,

y Πρὸς δὴ τούτοις minus recte in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.*

ϱεσις, Ῥωμαίων μὲν τῶν κτησαμένων αὐτὴν, μίαν μοῖϱαν ληψομένων, Ἑϱνίκων τε καὶ Λατίνων, ἧς ȣ̓θὲν αὐτοῖς μετῆν, τὰς δύο· καὶ ὡς ȣ̓δὲ τοῖς δημάϱχοις ἐναντιωθεῖσι, καὶ παϱαλύειν [z] θάτεϱον ἐκ τȣ̃ νόμȣ ἀξιȣ̃σι μέϱος, τὸ κατὰ τὴν ἰσομοιϱίαν τῶν ἐπηλύδων, ἐπείσθη, ἀλλὰ καὶ δημάϱχοις, καὶ συνυπάτῳ, καὶ βȣλῇ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὲϱ τȣ̃ κοινȣ̃ τὰ κϱάτιστα βȣλευομένοις, τἀναντία πϱάττων διετέλεσε. διεξελθόντες δὲ ταῦτα, καὶ μάϱτυϱας αὐτῶν ἅπαντας τȣ̀ς πολίτας ποιησάμενοι, μετὰ τȣ̃το ἤδη καὶ τὰς ἀποϱϱήτȣς τῆς τυϱαννίδος παϱείχοντο πίστεις, ὡς [a] χϱήματά τε συνενέγκαιεν αὐτῷ Λατῖνοι καὶ Ἕϱνικες, καὶ ὅπλα παϱασκευάσαιντο, καὶ συμποϱεύοιντο ὡς αὐτὸν οἱ θϱασύτατοι τῶν ἐν ταῖς πόλεσι νέων, ἀπόϱϱητά τε ποιȣ́μενοι βȣλευτήϱια, καὶ πολλὰ πϱὸς τȣ́τοις ἕτεϱα ὑπηϱετȣ̃ντες, καὶ παϱείχοντο [b] τȣ̀ς τȣ́των μάϱτυϱας πολλȣ̀ς μὲν ἀστȣ̀ς, [c] πολλȣ̀ς δὲ ἐκ τῶν ἄλλων συμμαχίδων πόλεων, ȣ̓́τε φαύλȣς, ȣ̓́τε ἀφανεῖς.

Per. Iul. 4231. Ante Chr. 483. Olymp. 74 ½. Cos. V.C. 269. Var. 271.

Romanis, qui eum quaesierant, auferebatur: quod vnam tantum partem accepturi essent, Hernici vero et Latini, ad quos is ager nihil pertinebat, duas; et quod ne tribunis quidem intercedentibus, et alterum legis caput, in quo agebatur de aequalitate partium aduenis concedenda, tolli postulantibus, paruisset, sed et tribunis et collegae et senatui omnibusque optime reipublicae consulentibus pertinaciter aduersatus esset. His autem enarratis, atque omnium ciuium testimonio confirmatis, postea arcana etiam tyrannidis argumenta protulerunt, Latinos et Hernicos ei pecunias facta collatione dedisse, et arma comparasse, et audacissimos quosque illorum populorum iuuenes eum sectari, et consilia occulta inire, multarumque aliarum rerum praeterea illi ministros esse. Harum quoque rerum testes producebant multos ciues, multosque aliarum foederatarum ciuitatum viros, nec contemnendos, nec ignobiles.

Quibus

z Ἐκ τȣ̃ νόμȣ θάτεϱον *Vat.*

a Χϱήματά τε ȣ̃ν ἐνέγκαιεν manifesto errore in *Cod. Vat.*

b Τȣ̀ς αὐτῶν μάϱτυϱας *Vat.*

c Πολλȣ̀ς δ' ἐκ *Vat.* et mox ȣ̓́τ' ἀφανεῖς. et p. 1699. v. 9. ȣ̓δ' ἐν τῷ.

d Πολλὴν

οἷς ἐπίστευσεν ὁ δῆμος, καὶ οὔτε λόγοις ἔτι ὑπαχθεὶς, οὓς ὁ ἀνὴρ ἐκ πολλῆς παρασκευῆς συγκειμένους διέθετο, οὔτ' οἴκτῳ ἐνδοὺς, τριῶν μὲν αὐτῷ παίδων μεγάλην παρεχόντων εἰς ἔλεον ἐπικουρίαν, [d] πολλῶν δ' ἄλλων συγγενῶν τε καὶ ἑταίρων συνολοφυρομένων, οὔτε τῶν κατὰ πολέμους ἔργων, δι' οὓς ἐπὶ μήκιστον ἦλθε τιμῆς, φειδώ τινα [e] ποιησάμενος", καταψηφίζεται τὴν δίκην. οὕτως τ' ἄρα ἦν πικρὸς πρὸς τὸ τῆς τυραννίδος ὄνομα, ὥστ' οὐδὲ ἐν τῷ τιμήματι τῆς δίκης μετρίᾳ ὀργῇ ἐχρήσατο πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ θανάτου ἐτίμησεν. εἰσῄει γὰρ αὐτὸν δέος, μὴ φυγὰς ἐλαθεὶς ἐκ τῆς πατρίδος, ἀνὴρ στρατηγῆσαι πολέμους τῶν τότε δεινότατος, ὅμοια δράσῃ Μαρκίῳ, τά τε φίλια [f] διαβάλλων, καὶ τὰ ἐχθρὰ συνιστὰς, καὶ πόλεμον ἄσπειστον [g] ἐπαγάγῃ τῇ πατρίδι. τοῦτο τὸ τέλος τῆς δίκης λαβούσης, ἀγαγόντες οἱ ταμίαι τὸν ἄνδρα ἐπὶ τὸν ὑπερκείμενον τῆς ἀγορᾶς κρημνὸν, ἁπάντων ὁρώντων, ἔρριψαν κατὰ τῆς πέτρας. αὕτη γὰρ ἦν

Quibus fidem habuit populus, nec amplius oratione motus, *Per. Iul.* quam ille composuerat et valde accurate praemeditatus fuerat, 4231. nec misericordia flexus, quamuis trium eius liberorum magnum *Ante* esset momentum adiumentumque ad misericordiam ei conci- *Chr.* 483. liandam, quamuis etiam multi alii, tam cognati, quam amici, *Olymp.* lugentes ei adessent, nec rerum in bellis gestarum, ob quas ad 74 ½. maximos honores fuerat prouectus, vlla ratione habita, vt ei *Cat.* veniam daret, eum damnauit. *V.C.* 269. Adeo autem infensus erat ty- *Var.* rannidis nomini, vt ne in aestimanda quidem poena modum 271. irae seruarit in eum, sed eum capite damnarit. Verebatur enim, ne, si ex patria in exsilium pulsus fuisset, vir artibus imperatoriis omnium aetatis suae praestantissimus, idem faceret, quod Marcius, et amicos criminaretur, et hostes concitaret, atque ita patriae bellum grauissimum inferret. Quare, quum hoc iudicium hunc habuisset exitum, quaestores hominem ductum ad rupem foro imminentem, omnibus inspectantibus, de saxo praeci-

d Πολλὴν δὲ ἄλλων *Vat.*
e Deest *Vat.*
f Διαβαλὼν] Forsan rectius διαβάλλων praes. temp. vt mox sequitur συνιστάς. *Sylb.*
g Ἐπάγοι *Vat.*

h Παρα-

τοῖς τότε Ῥωμαίοις ἐπιχώριος τῶν ἐπὶ θανάτῳ ἁλόντων ἡ κόλασις.

LXXIX. Ὁ μὲν οὖν πιθανώτερος τῶν [h] παραδεδομένων ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς λόγων, [i] τοιόσδε ἦν· δεῖ δὲ καὶ τὸν ἧσσον πιθανὸν, ἐπειδὴ κἀκεῖνος πεπίστευται ὑπὸ πολλῶν, καὶ ἐν γραφαῖς ἀξιοχρέοις φέρεται, μὴ παρελθεῖν. [k] λέγεται δέ τισιν, ὡς, ἀδήλου πᾶσιν οὔσης ἔτι τῆς ὑπ' αὐτοῦ συσκευαζομένης τυραννίδος, πρῶτος ὑποπτεύσας ὁ πατὴρ τοῦ Κασσίου, καὶ διὰ τῆς ἀκριβεστάτης βασάνου τὸ πρᾶγμα ἐξετάσας, ἧκεν ἐπὶ τὴν βουλήν· ἔπειτα κελεύσας ἐλθεῖν τὸν υἱὸν, μηνυτής τε καὶ κατήγορος αὐτοῦ ἐγένετο· καταγνούσης δὲ καὶ τῆς βουλῆς, ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν, ἀπέκτεινε. τὸ μὲν οὖν πικρὸν καὶ ἀπαραίτητον τῆς τῶν πατέρων ὀργῆς εἰς [l] τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς τότε Ῥωμαίοις, οὐδὲ ταύτην ἀπωθεῖται τὴν πρόφασιν· ἐπεὶ καὶ πρότερον Βροῦτος, ὁ τοὺς βασιλεῖς ἐκβαλὼν, ἀμφοτέρους τοὺς υἱοὺς ἐδικαίωσε κατὰ τὸν

Per. Iul. praecipitem dederunt. Hoc enim supplicium capite damnato-
4231. rum tunc Romanis erat vulgare.
Ante
Chr. 483. Quae igitur de hoc homine traduntur, et ad fidem pro-
Olymp. pius accedunt, haec sunt. Verumtamen et id, quod minus est
74 ½. probabile, (quando hoc quoque a multis creditur, et scriptis
Cat. fide dignis proditur) silentio minime praetereundum est. Sunt
V.C. 269. igitur, qui dicunt, quum adhuc consilia tyrannidis, quae ab eo
Var. affectabantur, omnibus essent incognita, primum patrem Cassii
271. suspicione motum, cum rem accuratissime perquisisset, senatum adiisse: deinde, quum filium eo venire iussisset, eius consilia indicasse, eumque accusasse, et ab ipso quoque senatu damnatum domum duxisse, eumque interfecisse. Morum igitur asperitas et inclementia patrum in filios sontes, praecipue vero in eius seculi Romanis, facit, vt ne haec quidem opinio videatur reiicienda: quoniam et ante Brutus, qui reges expulerat, ambos filios ex

h Παραδ.δομένων *Vat.*

i Τοιόσδε ἐςί. *Vat.*

k Λέγεται δή τισιν *Vat.* quo modo et in *Lapi Cod.* nam vertit: *dicitur itaque a quibusdam.*

l Post τοὺς ἀδικοῦντας desideratur υἱούς. *Lapus* vertit: *in laedentes remp. filios:* vt legisse videatur: εἰς ἀδικοῦντας τὴν πόλιν υἱούς. *Sylb.*

* Ita

τῶν κακούργων νόμον ἀποθανεῖν, καὶ πελέκεσι τοὺς αὐχένας ἀπεκόπησαν, ὅτι συμπράττειν τοῖς βασιλεῦσιν ἐδόκουν τὴν κάθοδον. καὶ μετὰ ταῦτα Μάλλιος, ὁ τῷ [m] Γαλατικῷ πολέμῳ στρατηγῶν, τὸν υἱὸν ἀριστεύοντα κατὰ πόλεμον, τῆς μὲν ἀνδρείας ἕνεκα τοῖς [n] ἀριστείοις στεφάνοις ἐκόσμησεν· ἀπείθειαν δ' [o] ἐπικαλῶν, ὅτι οὐκ ἐν ᾧ ἐτάχθη φρουρίῳ ἔμεινεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐπιταγὴν τοῦ ἡγεμόνος ἐξῆλθεν ἀγωνιούμενος, ὡς λειποτάκτην ἀπέκτεινε. καὶ ἄλλοι πολλοὶ πατέρες, [p] οἱ μὲν ἐπὶ μείζοσιν, οἱ δ' ἐπ' ἐλάττοσιν αἰτίαις, οὔτε φειδὼ τῶν παίδων, οὔτ' ἔλεον ἔσχον. κατὰ μὲν δὴ τοῦτο οὐκ ἀξιῶ, ὥσπερ ἔφην, προβεβλῆσθαι τὸν λόγον, [q] ὡς οὐ πιθανόν· ἐκεῖνα δέ με ἀνθέλκει [r] τεκμήρια

ex lege in maleficos lata capitali supplicio dignos iudicauit, *Per. Iul.*
eosque securi *percussit, quod viderentur regum reditui fa- 4231.
vere. Et post illum Manlius, bello Gallico imperator, filium, *Ante Chr.* 483.
egregiam operam in pugna nauantem, fortitudinis quidem *Olymp.*
ergo coronis pro praemio fortitudini debitis ornauit: sed con- 74 ½.
tumaciae crimen illi obiiciens, quod in eo castello, vbi colloca- *Cat.*
tus fuerat, non mansisset, sed contra ducis imperium ad pugnam *V. C.* 269.
exiisset, vt stationis desertorem necauit. Et multi alii patres, *Var.*
partim maioribus, partim minoribus de caussis, nec filiis peper- 271.
cerunt, nec eos sunt miserati. Propterea igitur (vt dixi) hanc opinionem, quasi parum probabilem, reiiciendam esse non censeo: sed alia argumenta non minimi momenti me

* Ita vertit, ac si legeretur ἀπεκόπησεν.

m Cum *Sallustio* errare videtur, qui tradit, *Manlium bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussisse.* nam hoc ipsum *bello Latino* accidisse, ex aliorum auctoritate certissimum est. Verum, cum verba *Dionysii*, κατὰ πόλεμον, indefinita sint; non necesse est, vt de *bello Gallico* intelligantur.

n Tertium nunc occurrunt hi datiui, τοῖς ἀριστείοις στεφάνοις, non sine mendi suspicione: nam legendum videtur vel ἀριστείας, vel ἀστείοις, siue ἀστικοῖς, vt intelligatur vel corona fortitudinis, vel corona ciuica. *Sylb.*

o Legendum fortassis ἐγκαλῶν. *Sylb.*

p οἱ μὲν ἐπὶ μείζοσιν αἰτίαις, οἱ δ' ἐπ' ἐλάττοσιν, οὔτε etc. in *Cod. Vat.*

q Ὡς ἀπίθανον *Vat.*

r τεκμηρίων ὄντα ἐλάχιστα *Vat.*

s Ὕστερον]

ὄντα οὐκ ἐλάχιστα, καὶ πρὸς τὴν ἑτέραν ἄγει συγκατάθεσιν, ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Κασσίου ἥ τ' οἰκία κατεσκάφη, καὶ μέχρι τοῦδε ἀνεῖται ὁ τόπος αὐτῆς αἴθριος, ἔξω τοῦ νεὼ τῆς Γῆς, ὃν [s] ὑστέροις ἡ πόλις κατεσκεύακε χρόνοις ἐν μέρει τινὶ αὐτῆς, κατὰ τὴν ἐπὶ [t] Καρίνας φέρουσαν ὁδὸν, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ τὸ κοινὸν [u] ἀπέλαβεν· ἐξ ὧν ἀπαρχὰς ἐν ἄλλοις τε ἱεροῖς ἀνέθηκε, καὶ δὴ καὶ τῇ Δήμητρι τοὺς χαλκέους ἀνδριάντας, ἐπιγραφαῖς δηλοῦντας, ἀφ' ὧν εἰσι χρημάτων ἀπαρχαί. [x] εἰ δέ γε ὁ πατὴρ [y] μηνυτής τε, καὶ κατήγορος, καὶ κολαστὴς

Per. Iul. 4231. Ante Chr. 483. Olymp. 74 ½. Cat. V.C. 269. Var. 271.

me retrahunt inde, et in alteram ſententiam traducunt; tum quia poſt Caſſii mortem et aedes ſolo aequatae, et ad hanc vſque diem earum area vacua ſub dio relicta eſt extra Telluris aedem, quam poſtea populus Romanus in quadam eius parte exſtruxit, in via, quae ad Carinas fert; *tum quia* eiuſque bona publicata ſunt, vnde et in aliis templis primitiae *diis* dicatae, atque etiam Cereri aeneae ſtatuae, cum inſcriptione, quae declarat, quorum bonorum ſint illae primitiae. Quod ſi pater eius index ſimul et accuſator et punitor fuiſſet, nec eius

s Ὕστερον] ὑστέροις *Vat.*

t Καῤῥήνας in *Ed. Steph.* [Καῤῥίνας *Vat.*] perperam; vt tum ex aliis aliorum ſcriptis perſpicitur, tum ex *Virgilio*, Aeneid. 8. v. 361. *Sylb.*

u Ἀνέλαβεν *Vat.*

x Εἰ δέ γε ὁ πατὴρ] Ad hoc *Dionyſii* argumentum reſponderi poſſet, quod eſt apud *Livium: patrem eum cognita domi cauſſa verberaſſe ac necaſſe, peculiumque filii Cereri conſecrauiſſe: ſignum inde factum eſſe, et inſcriptum, ex Caſſia familia datum.* Sed libet alteram quoque narrationem, breviter a *Livio* contextam, hic ſubiungere: *Inuenio apud quoſdam, (idque propius fidem eſt) a quaeſtoribus Caeſone Fabio et L. Valerio diem dictam perduellionis; damnatumque populi iudicio, dirutas publice aedes. ea eſt area ante Telluris aedem. Caeterum ſiue illud domeſticum, ſiue publicum fuit iudicium, damnatur Ser. Cornelio, Q. Fabio conſulibus.* Eam narrationem ſequitur et *Val. Max.* lib. VI. cap. 3. vbi etiam addit: *interemto domum ſuperiecit, vt penatium quoque ſtrage puniretur.* item: *In ſolo autem aedem Telluris fecit.* Sic *Cic.* pro domo ſua: *Sp. Caſſii domus ob eandem cauſſam euerſa; atque in eodem loco aedes poſita Telluris. Sylb.*

y Μηνυτής γε καὶ *Vat.*

z Αὐτοῦ

[z] ἐγένετο αὐτοῦ, οὔτ' ἂν ἡ οἰκία αὐτοῦ κατεσκάφη, οὔτε ἡ οὐσία ἐδημεύθη. Ῥωμαίοις γὰρ οὐθὲν ἴδιόν ἐστι κτῆμα ζώντων ἔτι τῶν πατέρων, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ σώματα τῶν παίδων, ὅ τι βούλονται διατιθέναι, τοῖς πατράσιν ἀποδέδοται. ὥστ' οὐκ ἂν δήπου τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν τοῦ μηνύσαντος τὴν τυραννίδα, ἐπὶ τοῖς τοῦ παιδὸς ἀδικήμασιν ἀφαιρεῖσθαι καὶ δημεύειν ἡ πόλις ἠξίου. διὰ μὲν δὴ ταῦτα τῷ προτέρῳ [a] συγκατατίθεμαι τῶν λόγων μᾶλλον. ἔθηκα δ' ἀμφοτέρους, ἵν' ἐξῇ τοῖς ἀναγνωσομένοις, ὁποτέρῳ βούλονται τῶν λόγων προσέχειν.

Ἐπιβαλλομένων δέ τινων καὶ τοὺς παῖδας ἀποκτεῖναι τοῦ Κασσίου, δεινὸν τὸ ἔθος ἔδοξεν εἶναι τῇ βουλῇ, καὶ ἀσύμφορον. καὶ συνελθοῦσα, ἐψηφίσατο ἀφεῖσθαι τὰ μειράκια τῆς τιμωρίας, καὶ ἐπὶ πάσῃ ἀδείᾳ ζῆν, μήτε φυγῇ, μήτ' ἀτιμίᾳ, μήτ' ἄλλῃ συμφορᾷ ζημιωθέντα. καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ ἔθος τοῦτο Ῥωμαίοις ἐπιχώριον γέγονεν ἕως τῆς LXXX.

eius domus fuisset diruta, nec bona publicata. Apud Romanos enim filii patribus adhuc viuentibus nihil proprium possident, sed et ipsis pecuniis et corporibus filiorum patribus arbitratu suo vti permissum est. quare populus Romanus ob filii delicta patri, qui tyrannidis ab eo affectatae indicia detulisset, bona auferre, eaque publicare noluisset. Propterea igitur priorem opinionem sequi malo. vtramque tamen afferre volui, vt lectoribus, vtri earum velint, adhaerere liceat.

Per. Iul. 4231. Ante Chr. 483. Olymp. 74 1/2. Cat. V.C. 269. Var. 271.

Quum autem nonnulli ipsos etiam Cassii liberos interficere conarentur, hoc atrox et perniciosum exemplum patribus est visum. Itaque, quum in curiam conuenissent, factum est senatusconsultum, quo adolescentulis poena est remissa; illisque, nec exsilio mulctatis, nec ignominia affectis, nec alia calamitate accepta, tutissime viuere concessum est. Et ab eo tempore vsque ad hanc nostram aetatem hic mos Romae perpetuo seruatus

z Αὐτοῦ ἐγένετο, οὔτ' ἂν οἰκία αὐτοῦ *Vat.* quod maluit etiam *Sylb.* Vide p. 1702. v. 1.

a Κατατίθεμαι] Συγκατατίθεμαι

b Ἀφει.

καθ' ἡμᾶς διατηρούμενον ἡλικίας, ἀφεῖσθαι [b] τιμωρίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ὧν ἂν οἱ πατέρες ἀδικήσωσιν, ἐάν τε τυράννων ὄντες υἱοὶ τύχωσιν, ἐάν τε πατροκτόνων, ἐάν τε προδοτῶν· ὃ μέγιστόν ἐστι παρ' ἐκείνοις ἀδίκημα. οἵ τε καταλῦσαι τὸ ἔθος τοῦτο ἐπιβαλόμενοι κατὰ τοὺς ἡμετέρους χρόνους, μετὰ [c] τὴν συντέλειαν τοῦ Μαρσικοῦ τε καὶ ἐμφυλίου πολέμου, καὶ τοὺς παῖδας τῶν ἐπικηρυχθέντων ἐπὶ Σύλλα πατέρων ἀφελόμενοι τὸ [d] μετιέναι τὰς πατρίους ἀρχὰς καὶ βουλῆς μετέχειν, καθ' ὃν ἐδυνάστευον αὐτοὶ χρόνον, ἐπίφθονόν τ' ἀνθρώποις, καὶ νεμεσητὸν θεοῖς ἔργον ἔδοξαν ἀποδείξασθαι. τοιγάρτοι δίκη μὲν ἐκείνοις σὺν χρόνῳ τιμωρὸς οὐ μεμπτὴ παρηκολούθησε, δι' ἣν ἐκ μεγίστου τ' αὐχήματος εἰς ταπεινότατον πτῶμα ἤχθησαν, καὶ οὐδὲ γένος τὸ ἐξ αὐτῶν, [e] ὅτι μὴ κατὰ γυναῖκας, ἔτι λείπεται. τὸ δ' ἔθνος εἰς τὸν ἐξ ἀρχῆς κόσμον ὁ τούτους

Per. Iul. 4231. ſeruatus eſt, vt nulla parentum delicta liberi ſuo ſupplicio
luant; ſiue illi ſint tyrannorum filii, ſiue parricidarum, ſiue
Ante Chr. 483. etiam proditorum: quod apud illos crimen eſt grauiſſimum.
Olymp. 74½. Et qui hunc morem noſtris temporibus antiquare aggreſſi ſunt
circa finem Marſici et ciuilis belli, quique liberis patrum Syllae
V.C. Cat. 269. tempore proſcriptorum a paternis honoribus atque ſenatu
prohibuerunt, quamdiu ipſi rerum potiebantur, facinus et
Var. 271. hominum inuidia et deorum indignatione dignum patrare viſi
ſunt. Quapropter, temporis progreſſu poena *ſcelerum* vindex
non contemnenda eos eſt ſecuta, qua factum eſt, vt ex altiſſimo
gloriae faſtigio in infimam fortunae abiectae conditionem deciderint, et ne eorum quidem genus, niſi per foeminas deductum, amplius ſit reliquum. Ille autem, qui hos ſuſtulit, hunc morem

b Ἀφεῖσθαι δὲ τιμωρίας] Fortaſſe rectius δὴ, *ſcilicet. Sylb.* Illud δὲ non agnoſcit *Vat.* atque expungendum eſſe videatur *Port.*

c Optime in *Vat.* et *Lapi Cod.* μετὰ τὴν συντέλειαν. vulgatis deeſt μετά.

d Μετεῖναι poſitum pro μετιέναι. incertum, librariorumne incuria, an auctoris voluntate. *Sylb.*

e Recte in *Cod. Vat.* ὅτι μὴ κατὰ γυναῖκας, quo modo in *Lapi Cod.* nam vertit: *praeterquam per foeminas.* idemque video placuiſſe *Sylburgio et Porto.* vulgatis deeſt μή.

f Et

καθελὼν ἀνὴρ ἀποκατέστησεν. [f] παρ' Ἕλλησι [g] δὲ οὐχ οὕτως ἐνίοις ὁ νόμος ἔχει, ἀλλὰ τοὺς ἐκ τυράννων γενομένους οἱ μὲν συναποκτίννυσθαι τοῖς πατράσι δικαιοῦσιν, οἱ δ' ἀειφυγίᾳ κολάζουσιν· ὥσπερ οὐκ ἐνδεχομένης τῆς φύσεως χρηστοὺς παῖδας ἐκ πονηρῶν πατέρων, ἢ κακοὺς ἐξ ἀγαθῶν γενέσθαι. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων, εἴτε ὁ παρ' Ἑλλήνων ἀμείνων νόμος, εἴτε τὸ Ῥωμαίων ἔθος κρεῖττον, ἀφίημι τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν· ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς.

τὸ τρίτον τῆς στρατιᾶς μέρος ἀπολωλεκότες, καὶ περὶ τοῦ λοιποῦ δείσαντες, μικρὸν ἀνασχόντες τὰ ὅπλα διὰ τῶν ἀνακλητικῶν, ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς τοὺς ἄνδρας, ἄδειαν αὐτοῖς ὑπισχνούμενοι καὶ δίοδον, ἐὰν τὰ ὅπλα ἀποθῶνται, καὶ τὸ Φρούριον ἐκλίπωσιν. οὐ προσδεξαμένων δὲ τῶν ἀνδρῶν τὰς προκλήσεις, ἀλλὰ τὸν εὐγενῆ θάνατον αἱρουμένων, ἐπῄεσαν αὐτοῖς αὖθις ἐκ διαδοχῆς, σταδὴν μὲν καὶ [e] ἐκ χειρὸς οὐκέτι μαχόμενοι, [f] πρόσωθεν δὲ βάλλοντες ἀθρόοι λόγχαις καὶ χερμάσι· καὶ ἦν νιφετῷ παραπλήσιος ἡ πληθὺς [g] τῶν βελῶν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συστρεφόμενοι κατὰ λόχους, προσέτρεχον αὐτοῖς οὐχ ὑφισταμένοις, καὶ πολλὰς πληγὰς λαμβάνοντες ὑπὸ τῶν πέριξ ὑπέμενον. ὡς δὲ τά τε ξίφη πολλοῖς ἄχρηστα ἦν, τὰ μὲν ἀπεστομωμένα τὰς ἀκμάς, [h] τὰ δὲ κατεαγότα, καὶ τῶν ἀσπίδων τὰ πέριξ ἴτυος ἐχόμενα διετεθρυπτο, ἔξαιμοί τε οἱ πλείους καὶ καταβελεῖς, καὶ

tia exercitus parte, et reliquis timentes, pugna ad exiguum Per. Iul.
tempus intermissa, atque signo receptui dato, caduceatores ad 4239.
illos miserunt, fidem publicam tutumque transitum ipsis polli- Ante Chr. 475.
centes, si arma deponerent et castello decederent. quas condi- Olymp.
tiones quum illi non admitterent, sed fortiter mori mallent, 76 ½.
instaurato proelio, per vices eos aggressi sunt, non amplius Cat.
stataria pugna et cominus pugnantes: sed omnes eminus lan- V.C. 277.
ceis lapidibusque eos petentes: telorum vero multitudo erat Var.
instar niuis hybernae. At Romani milites, in globos conden- 279.
sati, in eos, suum impetum non sustinentes, irruebant; et multa vulnera, a circumstantibus vndique hostibus illata, perferebant. Sed quum gladii iam multis nullum afferrent vsum, partim acie hebetati, partim fracti, quumque clypei vndique perforati essent, et plerique exsangues et telis confossi, membrisque

e Ἐκ χειρὸς *Vat.* vulg. ἐκ χειρῶν, *iacientes lanceas. Sylburg.*

f Πρόσθεν] Legendum vel πρόσωθεν, vt infra p. 557. v. 40. edit. Hudf. [atque etiam in *Cod. Vat.*] vel quod vsitatius est πόῤῥωθεν, vt *Lapus* vertit: *eminus*

g τῶν βελῶν legit *Portus.* quo modo et *Lapus*, qui vertit: *eratque niui similis multitudo missilium.* vulg. τῷ βελῶν.

h Τὰ δ' ἐαγότα *Vat.*

i βέλη

παράλυτοι τὰ [i] μέλη διὰ πλῆθος τραυμάτων ἦσαν, καταφρονήσαντες αὐτῶν οἱ Τυῤῥηνοὶ χωροῦσιν ὁμόσε· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι προσπίπτοντες, ὥσπερ θηρία, δόρατά τ' αὐτῶν ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων, καὶ ξίφη δραττόμενοι κατὰ τὰς ἀκμὰς ἀπέσπων· [k] καὶ οἱ περικυλίοντες εἰς τὴν γῆν τὰ σώματα, συνεφύροντο, θυμῷ τὸ πλεῖον, ἢ δυνάμει, διαγωνιζόμενοι. ὥστ' οὐκέτι συνῄεσαν αὐτοῖς εἰς χεῖρας οἱ πολέμιοι, τό τε καρτερικὸν ἐκπληττόμενοι τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἣν προσειλήφεσαν κατὰ τὴν ἀπόγνωσιν τοῦ ζῆν, [l] δεδιότες· ἀλλ' ἀποστάντες αὖθις [m] ἔβαλον ἀθρόοι, καὶ ξύλοις καὶ λίθοις, καὶ ὅτῳ ἄλλῳ ἐντύχοιεν. καὶ τελευτῶντες ἐγκατέχωσαν αὐτοὺς τῷ πλήθει τῶν βελῶν. διαφθείραντες δὲ τοὺς ἄνδρας, ἔθεον ἐπὶ τὸ φρούριον, ἔχοντες τὰς τῶν ἐπιφανεστάτων κεφαλὰς, ὡς ἐξ ἐφόδου τοὺς ἐκεῖ παραληψόμενοι. οὐ μὴν ἐχώρησέ γ' αὐτοῖς κατὰ τὴν

Per. Iul. 4239. Ante Chr. 475. Olymp. 76 ½. Cat. V.C. 277. Var. 279.

brisque prae multitudine vulnerum dissolutis starent, Hetrusci, iis contemtis, manus cum ipsis conseruerunt. at Romani, ferarum ritu prorruentes, eorum hastilia prehendebant, eaque perfringebant; gladiosque per ipsas acies prehendentes illis extorquebant: quidam etiam ex ipsa strage surgentes sese illis immiscebant, animis magis, quam viribus, pugnantes. ita vt hostes cum illis amplius congredi non auderent, tum eorum peruicacia territi, tum etiam desperationem vitae, in quam illi venerant, formidantes; sed iterum eminus omnes conferti, et fustibus, et lapidibus, aliisque telis, quaecunque se ipsis obtulissent, eos peterent. quare tandem eos telorum multitudine obruerunt. Quibus caesis, cursu ad castellum contenderunt, illustrissimorum virorum capita praeferentes, vt primo impetu praesidiarios ad deditionem compulsuri. Haud tamen res illis successit,

i Βέλη in *Ed. Steph.* manifesto et procliui errore.

k Forsan καὶ οἱ περικυλίοντες δὲ, vel οἱ δὲ καὶ περικυλίοντες. *Sylb.* Recte, vt puto, in *Cod. Vat.* καὶ περικυλίοντες.

l Οὐ δεδιότες agnoscit etiam *Lapi* versio: *impauidi.* Verum οὐ rectius omittit *Cod. Vat.* adeo vt δεδιότες de Etruscis intelligatur, sicut praecedens ἐκπληττόμενοι.

m Ἔβαλλον *Vat.*

n Vel

ἐλπίδα τὸ ἔργον. οἱ γὰρ καταλειφθέντες ἐν αὐτῷ, ζηλώσαντες τὸ εὐγενὲς τοῦ θανάτου τῶν τε ἑταίρων καὶ [n] συγγενῶν, ἐξῆλθον ὀλίγοι παντάπασιν ὄντες· καὶ πολὺν ἀγωνισάμενοι χρόνον, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἑτέροις ἅπαντες διεφθάρησαν· τὸ δὲ χωρίον οἱ Τυῤῥηνοὶ ἔρημον παρέλαβον. ἐμοὶ μὲν δὴ ὁ λόγος οὗτος πιστότερος ἐφαίνετο πολὺ τοῦ προτέρου. φέρονται [o] δὲ" ἐν γραφαῖς Ῥωμαίων ἀξιοχρέοις ἀμφότεροι.

Τὸ δὲ συναπτόμενον τούτοις ὑπό τινων, οὔτ' ἀληθὲς ὄν, οὔτε πιθανὸν, ἐκ παρακούσματος δέ τινος πεπλασμένον [p] ὑπὸ τοῦ πλήθους, ἄξιον μὴ παραλιπεῖν ἀνεξέταστον. λέγουσι γὰρ δή τινες, τῶν ἓξ καὶ τριακοσίων Φαβίων ἀπολομένων, ὅτι ἓν μόνον ἐλείφθη τοῦ γένους παιδίον· [q] πρᾶγμα οὐ μόνον ἀπίθανον, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον εἰσάγοντες. οὔτε γὰρ ἀτέκνους τε καὶ ἀγάμους XXII.

cessit, vt sperarant. Nam, qui in eo fuerant relicti, aemulatione mortis generosae sociorum suorumque gentilium accensi, perexigui numero prodierunt; et, post longum certamen, eodem modo, qui alii omnes, ad vnum interierunt: castellum vero desertum Hetrusci ceperunt. Haec igitur opinio mihi multo probabilior, quam prior, videtur. vtramque tamen scripta Romanorum fide digna memoriae prodiderunt.

Per. Iul. 4239. *Ante Chr.* 475. *Olymp.* 76 ½. *Cat.* V.C. 277. *Var.* 279.

Quod vero nonnulli his addunt, quamuis nec verum, nec verisimile, sed quibusdam rumoribus a veritate alienis sit fictum, tamen operae pretium fuerit hoc discutere, nec silentio praeterire. Nonnulli enim dicunt, CCCVI. Fabiis caesis, ex tota gente vnicum puerum relictum: rem non solum incredibilem, sed etiam quae fieri non potuit, introducentes. nec enim fieri poterat,

n Vel articulus τῶν repetendus videtur ante συγγενῶν, vel praecedens τε expungenda. *Sylb.*

o Ita in *Vat.* et *Lapi Cod.* δὲ minus recte desideratur in *Ed. Steph.*

p Illa ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς [quae in vulg. pro ὑπὸ τοῦ πλήθους leguntur] in versione sua plane omisit *Lapus.* Ἀπὸ τοῦ πλήθους in *Cod. Vat.*

q Πρᾶγμα οὐ μόνον ἀπίθανον] Vide *Cl. Perizonium* contra hanc *Dionysii* opinionem acutissime disserentem, in *Animadversionibus suis Historicis*, c. 5.

r Ταῦτά

ἅπαντας εἶναι δυνατὸν ἦν τοὺς ἐξελθόντας εἰς τὸ Φρούριον Φαβίους. ὁ γὰρ ἀρχαῖος αὐτῶν νόμος γαμεῖν τ᾽ ἠνάγκαζε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ τὰ γεννώμενα ἅπαντα ἐπάναγκες τρέφειν· ὃν οὐκ ἂν δήπου κατέλυσαν οἱ Φάβιοι μόνοι πεφυλαγμένον ἄχρι τῆς ἑαυτῶν ἡλικίας ὑπὸ τῶν πατέρων. εἰ δὲ δὴ καὶ τοῦτο θείη τις, ἀλλ᾽ ἐκεῖνό γ᾽ οὐκ ἂν ἔτι συγχωρήσειε, τὸ μηδ᾽ ἀδελφοὺς αὐτῶν εἶναί τισιν, ἡλικίαν ἔτι παίδων ἔχοντας. μύθοις γὰρ δὴ [r] ταῦτά γε καὶ πλάσμασιν ἔοικε θεατρικοῖς. οἱ δὲ πατέρες αὐτῶν, ὅσοι παῖδας ἔτι ποιεῖν εἶχον ἡλικίαν, τοσαύτης κατασχούσης τὸ γένος ἐρημίας, οὐκ ἂν [s] ἑκόντες τε καὶ ἄκοντες ἑτέρους παῖδας ἐποιήσαντο, ἵνα μήτε ἱερὰ ἐκλειφθῇ πατρῷα, μήτε δόξα τηλικαύτη διαφθαρῇ γένους; [t] εἰ μὴ ἄρα οὐδὲ πατέρες αὐτῶν τισιν ἐλείποντο, ἀλλὰ πάντα εἰς ταὐτὸ συνῆλθον ἐπὶ τῶν ἓξ καὶ τριακοσίων ἀνδρῶν ἐκείνων [u] ταῦτα τὰ ἀδύνατα· μὴ παῖδας αὐ-

Per. Iul. 4239. Ante Chr. 475. Olymp. 76 ½. Cat. 277. V.C. Var. 279.

poterat, vt omnes Fabii, qui in illud caſtellum iuerant, eſſent ſine liberis et caelibes. nam priſca eorum lex cogebat eos, qui per aetatem poſſent, vxores ducere, et, vt omnes liberos ſuſceptos educarent, neceſſe erat: quam legem, diligenter vſque ad aetatem ſuam a maioribus ſeruatam, haudquaquam ſoli Fabii contemiſſent. Sed ſi quis hoc quoque concedat, illud tamen non etiam concedet, ne fratres quidem vllos aetatis adhuc tenellae illis fuiſſe. Haec enim fabulis et figmentis theatricis ſunt ſimilia. Patres vero eorum, qui per aetatem adhuc liberos procreare poterant, in tanta ſuae gentis orbitate, nonne volentes et nolentes aliis liberis procreandis operam dediſſent, tum ne ſacra gentilitia interirent, tum etiam ne gentis huius tanta gloria periret? Quod ſi ne vllis quidem eorum patres reliqui erant, ſed omnes in illorum CCCVI. Fabiorum numero erant; fieri tamen non poteſt, quin ſaltem infantes
aliqui

r Ταῦτά γε καὶ *Vat.* vulgatis deeſt γε.

s Ἑκόντες γε καὶ *Vat.*

t Εἰ μὲν οὖν ἄρα et ἐκλείπονται] In *Cod. Vat.* εἰ μὴ ἄρα οὐδὲ πατέρες αὐτῶν τισιν ἐλείποντο, ἀλλὰ πάντα εἰς ταὐτὸ συνῆλθεν etc. Ἐκλείπονται pro καταλείπονται poſitum exiſtimat *Sylb.*

u Rectius fortaſſe ταῦτά γε ἀδύνατα, vel ταῦτα ἀδύνατα. *Sylb.* et *Port.* Ταῦτα non agnoſcit *Vat.*

x Μὴ

τοῖς καταλειφθῆναι νηπίους, [x] μηδὲ γυναῖκας ἐγκύους, μηδ' ἀδελφοὺς ἀνήβους, μηδὲ πατέρας ἐν ἀκμῇ. ταύτῃ μὲν δὴ τὸν λόγον ἐξετάζων, οὐκ ἀληθῆ νενόμικα· ἐκεῖνον δ' ἀληθῆ. τῶν τριῶν ἀδελφῶν, Καίσωνός τε καὶ Μάρκου καὶ Κοΐντου, τῶν ὑπατευσάντων τὰς συνεχεῖς ἑπτὰ ὑπατείας, ἐγκαταλειφθῆναι πείθομαι Μάρκῳ παιδίον· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ λεγόμενον ἐκ τοῦ Φαβίων οἴκου λοιπὸν, οὐδὲν κωλύει. [y] τὸ δὲ μηκέτι τῶν ἄλλων ἐπιφανῆ τινα καὶ λαμπρὸν ἔξω τοῦ ἑνὸς τοῦδ' ἀνδρωθέντος γενέσθαι, ταύτην παρασχῆσαι τοῖς πολλοῖς τὴν δόξαν, ὅτι μόνος ἐκεῖνος ἐκ τοῦ Φαβίων γένους ἐστὶ [z] λοιπός· οὐχ ὡς μηδενὸς ἄλλου ὄντος, ἀλλ' ὡς μηδενὸς ἐκείνοις ὁμοίου, ἀρετῇ τεκμαιρομένοις τὸ συγγενὲς, οὐ φύσει. καὶ περὶ μὲν τούτων ταῦτα ἱκανά.

Οἱ [a] γοῦν Τυρρηνοὶ τούς τ' ἄνδρας διαφθείραντες, XXIII. καὶ τὸ ἐν τῇ Κρεμέρᾳ φρούριον παραλαβόντες, ἐπὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν τῶν Ῥωμαίων ἦγον τὰς δυνάμεις. ἔτυχε

aliqui fuerint illis reliqui, aut vxores grauidae, aut fratres impuberes, aut patres aetatis iam integrae. Hoc igitur modo hanc opinionem examinans, eam minime veram credo: ſed illam veram eſſe puto, quum in trium fratrum (Caeſonis, Marci et Quinti) domo per ſeptennium conſulatus fuerit continuatus, ſoli Marco filiolum ſuperſtitem fuiſſe, atque hunc eſſe illum, qui ſolus e Fabia gente reliquus fuiſſe dicitur. Quod autem nullus alius amplius inſignis et illuſtris fuerit praeter hunc vnum iam adultum, hinc multorum opinionem natam *arbitror*, quod ſolus ille ex gente Fabia fuerit reliquus, non quod nullus alius fuerit relictus: ſed quod nullus illis *poſtea* ſimilis fuerit; quia cognationis coniecturam illi non ex natura, ſed ex virtute faciebant. Atque de his haec dixiſſe ſit ſatis.

Per. Iul. 4239. *Ante Chr.* 475. *Olymp.* 76 ½. *Cat. V. C.* 277. *Var.* 279.

Hetruſci igitur, Fabiis caeſis et capto Cremerae caſtello, copias ad alium Romanorum exercitum duxerunt. Alter autem

x Μὴ γυναῖκας ἐγκύους, μὴ ἀδελφοὺς ἀνήβους, μὴ πατ. *Vat.*

y Τὸ δὲ μηκέτι malit *Portus*, cuius coniecturam firmat *Cod. Vat.* qui habet τὸ μηκέτι. vulg. τοῦ δὲ μηκέτι.

z Λοιπὸν male in *Ed. Steph.*

a In *Cod. Vat.* particula γοῦν addita eſt recenti manu.

δ' οὐ μακρὰν κατεστρατοπεδευκὼς ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων Μενήνιος, οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ χωρίῳ· καὶ ὅτε ἡ Φαβίων συγγένεια καὶ τὸ πελατικὸν αὐτῶν ἀπώλλυντο, τριάκοντά που σταδίους ἀπεῖχεν ἀφ' οὗ τὸ πάθος ἐγένετο τόπου· δόξαν τ' οὐκ ὀλίγοις παρέσχεν, γνοὺς, ἐν οἵοις κακοῖς ἦσαν οἱ Φάβιοι, μηδεμίαν αὐτῶν ποιήσασθαι φροντίδα, τῆς τ' ἀρετῆς καὶ δόξης τοῖς ἀνδράσι φθονῶν. [b] τοιγάρτοι μετὰ ταῦτα ὑπαχθεὶς ὑπὸ τῶν δημάρχων εἰς δίκην, ἐπὶ ταύτῃ μάλιστα τῇ αἰτίᾳ ἑάλω. σφόδρα [c] γὰρ" ἐπένθησεν ἡ Ῥωμαίων πόλις [d] ἀνδρῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ἀρετὰς ἀποκειραμένη, καὶ πρὸς ἅπαν τὸ δόξαν αὐτοῖς αἴτιον γεγονέναι τῆς τοιαύτης συμφορᾶς, πικρῶς καὶ ἀπαραιτήτως εἶχεν. τὴν δ' ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐγένετο, μελαινάν τε καὶ ἀποφράδα τίθεται, καὶ οὐδενὸς ἂν ἔργου ἐν ταύτῃ χρηστοῦ ἄρξαιτο, τὴν τότε συμβᾶσαν αὐτῇ τύχην ὀττευομένη. ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο τῶν Ῥωμαίων οἱ Τυῤῥηνοὶ, συνιδόντες αὐτῶν τὸ στρατόπεδον· ἦν δ' ὑπὸ λαγόνι κείμενον ὄρους· τῆς τ' ἀπειρίας τοῦ στρα-

Per. Iul. 4239. *Ante Chr.* 475. *Olymp.* 76 ½. *Cat. V.C.* 277. *Var.* 279.

autem consul Menenius non procul inde castra habebat, in loco parum tuto: et, quando Fabia gens cum suis clientelis periit, circiter triginta stadia aberat ab eo loco, vbi clades ea est accepta: effecitque, vt multi crederent, eum, cognito ingenti Fabiorum periculo, tamen id neglexisse, quod virtuti et gloriae eorum inuideret. Quapropter postea a tribunis in ius vocatus, hac potissimum de caussa damnatus est. Vehementer enim populus Romanus tot taliumque virorum eximiis virtutibus praeditorum iacturam luxit; et quidquid talis eorum cladis caussam praebuisse videbatur, id implacabili odio est persequutus. Illum autem diem, quo clades ea est accepta, inter atros et nefastos retulit; nec vllum opus bonum, religione infortunii cladisque tunc acceptae motus, hoc die auspicaretur. Hetrusci vero, vbi ad Romanos accesserunt, conspectis eorum castris, (erant enim sub montis latere) ducis imperitiam contemserunt,

b Τοιγαροῦν μετὰ ταῦτα *Vat.*
c Non agnoscit *Vat.*
d Ἀνδρῶν τοσούτων καὶ τοιούτων *Vat.*

e Deside-

τηγοῦ κατεφρόνησαν, καὶ τὸ δοθὲν ὑπὸ τῆς τύχης [e] πλεονέκτημα" ἀγαπητῶς ἔλαβον. καὶ αὐτίκα τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβόντες, κατὰ τὴν ἑτέραν πλευρὰν τοῦ λόφου, οὐδενὸς κωλύοντος, [f] ἀνέβησαν ἐπὶ τὴν κορυφήν. καταλαβόμενοι δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τῶν Ῥωμαίων κόρυμβον, ἔθεντο ἐν τούτῳ τὰ ὅπλα, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἀσφαλῶς ἀναβιβάσαντες, ὑψηλῷ χάρακι καὶ βαθείᾳ τάφρῳ τὴν παρεμβολὴν ὠχυρώσαντο. εἰ μὲν οὖν συνιδὼν ὁ Μενήνιος, [g] οἷον ἐδεδώκει πλεονέκτημα τοῖς πολεμίοις, μετέγνω τε τὴν ἁμαρτάδα, καὶ εἰς ἀσφαλέστερον ἀπῆγε χωρίον τὴν στρατιάν, σοφὸς ἂν ἦν· [h] νῦν δὲ δι' αἰσχύνης λαμβάνων τὸ δοκεῖν ἡμαρτηκέναι, καὶ τὸ αὔθαδες πρὸς τοὺς μεταδιδάσκοντας φυλάττων, εἰς αἰσχύνης ἄξιον πτῶμα ἔπεσεν. οἷα γὰρ ἐξ ὑπερδεξίων αὐτοῦ τόπων [i] οἱ πολέμιοι τὰς ἐξόδους ἑκάστοτε ποιούμενοι, πολλὰ ἐπλεονέκτουν, ἀγοράς τ' αὐτῶν ἀγομένας ὑπὸ τῶν ἐμπόρων ἁρπάζοντες, καὶ τοῖς ἐπὶ χιλὸν ἢ ὕδωρ ἐκπορευομένοις ἐπιτιθέμενοι· καὶ

ſerunt, oblatoque ſibi a fortuna beneficio lubenter ſunt vſi. Et mox cum equitatu, ab altero collis latere nemine prohibente, in verticem euaſerunt. occupatoque capiti Romanorum imminente collis cacumine, in eo caſtra poſuerunt; atque, reliquis copiis eo tuto adductis, caſtra vallo alto et profunda foſſa munierunt. Si igitur Menenius animaduertiſſet, ſua culpa hoſtium conditionem multo meliorem eſſe factam, ſuique erroris poenitentia ductus in locum tutiorem copias traduxiſſet, ſapiens fuiſſet. Iam vero, quia pudendum ducebat videri peccaſſe, et quia ſua arrogantia erga eos, qui aliter monebant, vtebatur, in cladem vere pudendam incidit. Nam quum hoſtes e locis ſuperioribus ſemper egrederentur, pleruinque longe meliore conditione erant, et commeatus, qui ad eos a mercatoribus apportabantur, intercipientes, et pabulatores aquatoreſque adorientes: eoque redege-

Per. Iul. 4239. Ante Chr. 475. Olymp. 76 ½. Cat. V.C. 277. Var. 279.

e Deſideratur in *Cod. Vat.*

f Ita in *Vat.* et *Lapi Cod.* haud ita recte in *Ed. Steph.* ἐνέβησαν.

g Οἷον ἔδωκε *Vat.*

h Νῦν δὲ μετ' αἰσχύνης *Vat.*

i Articulus οἱ in *Cod. Vat.* eſt a manu recentiori.

k Ἀνα-

περιειστήκει τῷ μὲν ὑπάτῳ μήτε καιροῦ εἶναι κυρίῳ, ἐν ᾧ τὸν ἀγῶνα ἔμελλε ποιεῖσθαι, μήτε τόπου· ἃ δοκεῖ μεγάλα εἶναι κατηγορήματα ἡγεμόνων στρατηγίας ἀπείρων. τοῖς δὲ Τυῤῥηνοῖς ἀμφότερα, ὡς ἐβούλοντο, εἶχε ταῦτα. καὶ οὐδὲ τότε [k] ἀπαναστῆναι τὴν στρατιὰν ὁ Μενήνιος ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἐξαγαγὼν παρέταξεν ὡς εἰς μάχην, καταφρονήσας τῶν τὰ συμφέροντα ὑποτιθεμένων. καὶ οἱ Τυῤῥηνοὶ τὴν ἄνοιαν τοῦ στρατηγοῦ μέγα εὐτύχημα ἡγησάμενοι, κατέβαινον ἐκ τοῦ χάρακος, οὐκ ἐλάττους ἢ διπλάσιοι τῶν πολεμίων ὄντες. ὡς δὲ συνέπεσον ἀλλήλοις, φόνος ἐγίνετο τῶν Ῥωμαίων πολὺς, οὐ δυναμένων ἐν τῇ τάξει μένειν. ἐξώθουν γὰρ αὐτοὺς οἱ Τυῤῥηνοὶ, τοῦ τε χωρίου τὴν φύσιν ἔχοντες σύμμαχον, καὶ τῶν ἐφεστηκότων κατόπιν· ἐτάξαντο γὰρ [l] ἐπὶ βάθος· [m] ἐμπτώσει πολλῇ συνεργοῦ-

Per. Iul. 4239. *Ante Chr.* 475. *Olymp.* 76 ½. *Cat.* 277. *V.C. Var.* 279.

redegerunt conſulem, vt nec tempus, nec locum, in quo pugnam committeret, arbitratu ſuo poſſet eligere. quae magna ducum imperitiae indicia videntur. At haec vtraque Hetruſci habebant, prout volebant. Ac ne tunc quidem Menenius caſtra inde mouere voluit: ſed, ſpretis iis, qui recte monebant, copias eductas ad pugnam inſtruxit. Hetruſci vero, huius imperatoris amentiam ſibi in magnam felicitatem cedere exiſtimantes, e vallo deſcenderunt, numero duplo maiore, quam hoſtes. Vt vero manus conſerere coeperunt, ingens Romanorum caedes eſt facta, quia ordines ſeruare non poterant. nam ab Hetruſcis exturbabantur, quibus et loci natura fauebat, et ſui a tergo adurgentes, (nam in altum patebat acies) prona impreſſione multum

k Ἀναστῆσαι maluerunt *Lapus* et *Gelenius*. Sed videtur auctor de induſtria hoc neutrum vſurpaſſe, ad maiorem *Menenii* reprehenſionem, qui exercitum in tutiorem locum tranſire non ſit paſſus; vt (p. 1805. v. 11.) dicit, eum nec recte ſapuiſſe, nec bene monentibus obtemperare voluiſſe. *Sylb.*

l Quid ſit ἐπὶ βάθος τάττειν, docet *Aelianus*, quum ſcilicet in profunditatem ſeu latitudinem inſtruitur acies. dicitur autem βάθος, τὸ κατόπιν τοῦ μετώπου πᾶν μέρος τῆς φάλαγγος, μέχρι τῶν οὐραγῶν, tota ea phalangis pars, quae a tergo frontis vſque ad tergi ductores pertingit. *Sylb.*

m Ἐμπτώσει e *Cod. Rom.* legit *Sylb.* eiuſque verſionem ſequutus ſum. In *Ed. Steph.* et *Cod.*

μενοι. πεσόντων δὲ τῶν ἐπιφανεστάτων λοχαγῶν, ἡ λοιπὴ τῶν Ῥωμαίων δύναμις ἐγκλίνασα ἔφευγεν ἐπὶ τὸν χάρακα· οἱ δ' ἠκολέθεν, καὶ τάς τε [n] σημαίας αὐτῶν ἀφαιρᾶνται, καὶ τὰς τραυματίας συλλαμβάνεσι, καὶ τῶν νεκρῶν γίνονται κύριοι. καὶ κατακλείσαντες αὐτὰς εἰς πολιορκίαν, καὶ δι' ὅλης τῆς λοιπῆς ἡμέρας προσβολὰς ποιησάμενοι πολλὰς, καὶ ἐδὲ τὴν νύκτα ἀφέντες, [o] αἱρᾶσι τὸν χάρακα, ἐκλιπόντων αὐτὸν τῶν ἔνδον, καὶ γίνονται πολλῶν σωμάτων τε καὶ χρημάτων ἐγκρατεῖς· ἐδὲ γὰρ ἀποσκευάσασθαι δύναμιν ἔσχον οἱ φεύγοντες, ἀλλ' ἀγαπητῶς αὐτὰ τὰ σώματα διέσωσαν, ἐδὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ φυλάττοντες.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τήν τ' ἀπώλειαν τῶν σφετέρων, XXIV. καὶ τὴν ἅλωσιν τᾶ χάρακος μαθόντες· ἧκον γὰρ οἱ πρῶτοι διασωθέντες ἐκ τῆς πολλῆς τροπῆς, ἔτι νυκτὸς ἔσης· εἰς μέγαν θόρυβον, ὥσπερ εἰκὸς, κατέστησαν· καὶ ὡς

multum adiuuabant. Caesis autem nobilissimis centurionibus, reliquus Romanorum exercitus inclinatus fuga vallum petiit: illi vero sequebantur, et signa illis abstulerunt, et saucios comprehenderunt, et cadaueribus potiti sunt. eos quoque obsidione cingentes, et oppugnatione per totum reliquum diei spatium continuata, et ne noctu quidem intermissa, ceperunt castra a militibus deserta, et multa mancipia multasque pecunias in suam potestatem redegerunt. Qui enim fugerant, haec absportare non potuerant, sed satis habuerant corpora ipsa seruare, plerique ne armis quidem seruatis.

Per. Iul. 4239. Ante Chr. 475. Olymp. 76 ½. Cat. V.C. 277. Var. 279. Clades probrosa ex Menenii ducis imperitia.

Romani vero, qui in vrbe erant, et suorum clade et castrorum expugnatione cognita, (qui enim ex illa ingenti strage primi euaserant, ante lucem venerunt) ingenti tumultu (vt verisimile est)

Cod. Vat. ἐν πλάσει. quam lectionem retinens *Portus*, sibique persuadens, συνεργύμενον esse a συνείργω, locum sic interpretatur: *Hetrusci enim eos propellebant, tum quia loci natura iuvabantur, tum etiam, quia sui a tergo illos vrgebant, nam acies in loco decliui in longitudinem erat instructa, quod collis angustiis coarctaretur.*

n Ita ex *Cod. Rom.* restituit *Sylb.* minus recte σημεῖας in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.*

o Αἱρᾶσι *Vat.* vulg. αἴρεσι.

 p Ἀνὰ

αὐτίκα δὴ μάλα τῶν πολεμίων ἐπὶ σφᾶς ἐλευσομένων, ἁρπάσαντες τὰ ὅπλα, οἱ μὲν τὰ τείχη περιεστεφάνουν, οἱ δὲ πρὸ τῶν πυλῶν ἐτάξαντο, οἱ δὲ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως κατελαμβάνοντο. ἦν δὲ δρόμος ἄτακτος [p] ἀνὰ τὴν πόλιν ὅλην καὶ βοὴ συμμιγὴς, καὶ ἐπὶ τοῖς [q] τέγεσι τῶν [r] οἰκιῶν εἰς ἀλκὴν καὶ ἀγῶνα εὐτρεπὴς ὁ κατοικίδιος ὄχλος, πυρσοί τε συνεχεῖς, οἷα δὴ [s] ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ, δίαιταί τε ὑπὸ λαμπάδων καὶ ἀπὸ τεγῶν τοσούτων τὸ πλῆθος, ἐπυροῦντο, ὥστε συναφὲς εἶναι δοκεῖν τοῖς πρόσωθεν ὁρῶσι τὸ σέλας, καὶ δόξαν ἐμπιπραμένης [t] τῆς" πόλεως παρασχεῖν. καὶ εἰ τότε οἱ Τυῤῥηνοὶ, τῶν ἐκ τοῦ χάρακος ὠφελειῶν ὑπεριδόντες, ἐκ ποδὸς τοῖς φεύγουσιν ἠκολούθησαν, ἅπασα [u] ἂν διέφθαρτο ἡ στρατεύσασα ἐπ' αὐτοὺς δύναμις· νῦν δὲ πρὸς ἁρπαγάς τε τῶν ἐγκατα-

Per. Iul. 4239. *Ante Chr.* 475. *Olymp.* 76 ½. *Cat. V.C.* 277. *Var.* 279.

eſt) perturbati ſunt, nec aliter, quam ſi mox mox hoſtes contra ſe eſſent venturi, correptis armis alii muros corona cingebant, alii pro portis ſe collocabant, alii loca vrbis edita occupabant. Tota autem vrbe diſcurſus incompoſitus erat, et clamor confuſus audiebatur, ſuperque aedium tectis tota domeſtica turba ad reſiſtendum et dimicandum parata erat, et ignes continui, vtpote in obſcura nocte, et cubicula tectaque tot facibus collucebant, vt eminus intuentibus ſplendor continuatus eſſe videretur, et ſpeciem incenſae vrbis haberet. et ſi tunc Hetruſci, praeda caſtrorum contemta, veſtigia fugientium ſequuti fuiſſent, totus ille exercitus, qui contra eos profectus fuerat, deletus fuiſſet. Iam vero ad direptionem impedimentorum in caſtris

p Ἀνὰ τὴν πόλιν ὅλην *Vat.* ὅλην vulgatis deeſt.

q Ita in *Codd. Rom.* et *Vat.* ποιητικώτερον in *Ed. Steph.* στέγεσι.

r Οἴκων *Vat.*

s *Rom.* et *Lapi Cod.* ſequutus eſt *Sylb.* mendoſe in *Ed. Steph.* ἐν νυκτὶ σκότος [et mendoſius adhuc in *Cod. Vat.* ἐν νυκτὶ σκότος διαιτᾶται ὑπὸ etc. et mox τοσούτων τὸ πλῆθος ἤροντο, ὥστε etc.] Illa τοσούτων τὸ πλῆθος ad λαμπάδων (ſubaudito οὕτως) referenda. *Cod. Rom.* habet, τοσοῦτον τὸ πλῆθος ἐπειρῶντο δρᾶν. itidemque *Lapi* verſio: *lumina quoque per faces et a tectis tanta conabatur multitudo facere.* ſed ea lectio parum apta eſt. *Sylb.*

t Non agnoſcit *Vat.* et commode ſatis abeſſe poteſt.

u Οὖν pro ἂν in *Ed. Steph.*

x Ἑτέρᾳ

λειφθέντων ἐν τῷ χάρακι τραπόμενοι, καὶ ἀναπαύσει τὰ σώματα δόντες, μεγάλου αὐχήματος ἑαυτοὺς ἐστέρησαν. τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ τὰς δυνάμεις ἄγοντες ἐπὶ τὴν Ῥώμην, καὶ σταδίους ἀμφὶ τοὺς ἑκκαίδεκα ἀποσχόντες, ὄρος, ἐξ οὗ σύνοπτός ἐστιν ἡ Ῥώμη, τὸ καλούμενον Ἰάνικλον, καταλαμβάνονται· ὅθεν ὁρμώμενοι, τὴν Ῥωμαίων χώραν ἦγόν τε καὶ ἔφερον ἀκώλυτοι κατὰ πολλὴν τῶν ἔνδον ὑπεροψίαν, μέχρι τοῦ παραγενέσθαι τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων Ὁράτιον ἄγοντα τὴν ἐν Οὐολούσκοις δύναμιν. τότε δὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ Ῥωμαῖοι νομίσαντες εἶναι, καὶ τὴν ἐν τῇ πόλει νεότητα καθοπλίσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὴν ὕπαιθρον. ὡς δὲ τήν τε πρώτην μάχην ἀπὸ σταδίων ὀκτὼ τῆς πόλεως ποιησάμενοι παρὰ τὸ τῆς Ἐλπίδος ἱερὸν, ἐνίκησάν τε καὶ ἀπεώσαντο τοὺς ἀντιταξαμένους, καὶ μετὰ ταύτην αὖθις [x] ἑτέραν, πλείονι δυνάμει τῶν Τυρρηνῶν ἐπελθόντων, παρὰ ταῖς Κολλίναις καλουμέναις πύλαις ποιησάμενοι, λαμπρῶς ἠγωνίσαντο· [y] καὶ ἀνέπνευσαν ἐκ τοῦ δέους, καὶ τὸ ἔτος τοῦτο ἐτελεύτα.

castris relictorum conuersi, et corporum quieti se dantes, ingenti *Per. Iul.*
gloria se ipsi fraudarunt. Postridie vero copias Romam versus 4239.
duxerunt, et quum circiter sexdecim stadia ab vrbe distarent, *Ante Chr.* 475.
montem Ianiculum, vnde vrbs conspiciebatur, occuparunt: inde *Olymp.*
cum impetu profecti praedas ex agro Romano agunt feruntque, 76 ½.
nemine eos prohibente, cum magno vrbanorum contemtu, *Cat.*
donec alter consul Horatius cum copiis ex Volscis rediret. *V. C.* 277.
Tunc demum Romani, se in tuto esse rati, armata iuuentute *Var.*
vrbana, ex vrbe in campos apertos exierunt. Quum autem 279.
primo proelio, octauo ab vrbe stadio ad Spei fanum commisso, hostes vicissent ac profligassent; quumque iterum ad Collinam portam, Hetruscis cum maiore exercitu contra se profectis, altero proelio facto egregie dimicassent, respirarunt, et ex pauore se receperunt. Atque hic annus abiit.

Anno

x Ἑτέρᾳ πλείονι in *Vat.* et *Lapi Cod.*

y Illud καὶ redundare obseruarunt *Sylb.* et *Port.* nec agnoscit *Lapi* versio.

z Vide

XXV. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει, [z] περὶ τὰς θερινὰς [a] μάλιστα τροπὰς, Σεξτιλίου μηνὸς παραλαμβάνουσι τὴν ὑπατείαν ἄνδρες ἔμπειροι πολέμων, [b] Σερούϊός τε Σερουΐλιος καὶ Αὖλος Οὐεργίνιος· οἷς ὁ πρὸς τοὺς Τυῤῥηνοὺς πόλεμος, καίτοι μέγας καὶ χαλεπὸς ὢν, χρηστὸς ἐφαίνετο, [c] παρὰ τὸν ἐντὸς τείχους ἐξεταζόμενος. [d] ἀσπόρου γὰρ τῆς χώρας ἐν τῷ παρελθόντι χειμῶνι, διὰ τὸν ἐπιτειχισμὸν τοῦ πλησίον ὄρους καὶ τὰς συνεχεῖς καταδρομὰς, γενομένης, καὶ οὐδὲ τῶν ἐμπόρων ἔτι τὰς ἔξωθεν ἐπεισαγόντων ἀγορὰς, σπάνις ἰσχυρὰ σίτου τὴν Ῥώμην [e] κατέσχε μεστὴν οὖσαν τοῦ τε κατοικιδίου καὶ τοῦ συνεῤῥυηκότος ἐκ τῶν ἀγρῶν ὄχλου. τῶν μὲν γὰρ ἐν ἥβῃ πολιτῶν ὑπὲρ τὰς ἕνδεκα

Per. Iul. 4240. *Ante Chr.* 474. *Olymp.* 76 2/3. *Cat. V.C.* 278. *Var.* 280. *Sp. Seruilio et A. Virginio coss. domi turbae ac penuria, foris bellum cum Hetruscis.*

Anno sequenti, circiter solstitium aestiuum, Sextili mense, consulatum inierunt viri rei militaris periti, Sp. Seruilius et A. Virginius: quibus bellum Hetruscum, quamuis graue esset, tamen leue videbatur cum rebus vrbanis collatum. Nam quum superiore hyeme nulla sementis in agro fuisset facta, propter occupatum vicinum montem et excursiones continuas, ac ne externi quidem commeatus a mercatoribus amplius in vrbem importarentur, vrbs magna inopia frumenti laborauit; quia et domestica turba et multitudine eorum, qui ex agris eo confluxerant, referta erat. Nam (vt ex proximo censu compertum est)

z Vide Annott.

a Περὶ τὰς θερινὰς] Conuersio aestiua est octauo calend. Sextiles, in Iunio, non in Iulio, vt latius lib. I. dictum est, ad 50. 11. [edit. Huds.] quare hunc locum non bene habere puto. *Glareanus.* Infra p. 700. v. 24. [edit. Hudson.] Geganium et Quintium iniisse consulatum ait τῇ διχομήνιδι τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. vnde suspicari possit aliquis, legendum hic, περὶ τὰς χειμερίους μάλιστα τροπὰς, Δεκεμβρίου μηνὸς, *ferme circa solstitium hibernum, mense Decembri:* sicut etiam primi tribuni plebis (410. 14. edit. Huds.) magistratum iniisse dicuntur τετάρτῃ πρὸ εἰδῶν Δεκεμβρίων, *quarto die ante idus Decembres.* Decemuiri inierunt Idibus Maiis. p. 650. v. 38. [edit. Hudson.] *Sylb.*

b Ex *Liuio*, *Cassiodoro*, et *Diodoro*, legendum Σπόριος.

c Παρὰ τῶν ἐντὸς τείχους in *Ed. Steph. Cod. Vat.* et *Lapi.* Παρὰ τὸν ἐντὸς τοῦ τείχους cum *Cod. Rom.* legendum censet *Sylb.* aut τὰ ἐντὸς τείχους, *sc.* δεινά.

d Male in *Ed. Steph.* ἀπόρου.

e Κατέσχε μεστὴν οὖσαν ὄχλου

τοῦ τε

μυριάδας ἦσαν, ὡς ἐκ τῆς ἔγγιστα τιμήσεως εὑρέθη· γυναικῶν δὲ καὶ παίδων, καὶ τῆς οἰκετικῆς θεραπείας, ἐμπόρων τε καὶ [f] τῶν " ἐργαζομένων τὰς βαναύσους τέχνας μετοίκων· οὐδενὶ γὰρ ἐξῆν Ῥωμαίων οὔτε [g] κάπηλον, οὔτε χειροτέχνην βίον ἔχειν· οὐκ ἔλαττον, ἢ [h] τριπλάσιοι τοῦ πολιτικοῦ πλήθους· οὓς οὐκ ἦν παραμυθήσασθαι [i] ῥάδιον, ἐπὶ τούτῳ καὶ ἀγανακτοῦντας καὶ συντρέχοντας εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ καταβοῶντας τῶν ἐν τοῖς τέλεσιν, ἐπί τε τὰς οἰκίας τῶν πλουσίων κατὰ πλῆθος ὠθουμένους, καὶ διαρπάζειν ἐπιχειροῦντας ἄτερ ὠνῆς [k] τὰς ἀποκειμένας αὐτῶν τροφάς. οἱ δὲ δήμαρχοι, συνάγοντες αὐτοὺς εἰς ἐκκλησίαν, καὶ κατηγοροῦντες τῶν πατρικίων, ὡς ἀεί τι κακὸν ἐπὶ τοῖς πένησι μηχανωμένων, καὶ πάντα, ὅσα πώποτε δεινὰ, κατὰ τὴν ἀτέκμαρτόν τε καὶ ἀφύλακτον ἀνθρώποις [l] τύχην, ἐκείνων ἔργα λέ-

est) erant puberum Romanorum capita amplius, quam centum *Per. Iul.*
et decem millia: mulierum vero et puerorum, et seruitiorum 4240.
domesticorum, et negotiatorum et inquilinorum opificum sor- *Ante*
didas artes exercentium, (nemini enim ciui Romano aut propo- *Chr.* 474.
lam agere, aut arte manuaria victum quaerere licebat) nume- *Olymp.*
rus triplo maior erat, quam ipsa ciuium multitudo. quos diffi- 76 $\frac{2}{3}$.
cile erat consolari, hac ipsa de caussa indignantes, et in forum *Cat.*
concurrentes, et magistratus magnis clamoribus accusantes, at- *V.C.* 278.
que cateruatim in diuitum aedes irruentes, eorumque alimenta *Var.*
in cellis penariis recondita sine pretio diripere conantes. Tri- 280.
buni vero, eos ad concionem conuocando, et patricios incusando, vt eos, qui semper aliquid mali contra pauperes molirentur, et omnium malorum, quotquot vnquam accidissent, quae hominibus inopinata et ineuitabilis fortunae vis afferre solet,

τοῦ τε κατοικιδίου καὶ τοῦ συνεῤῥυηκότος ἐκ τῶν ἀγρῶν· τῶν etc. *Vat.*

f Deest *Vat.*

g De voce κάπηλος vide *Cl. Perizonii* notas ad *Aeliani* var. Hist. l. X. c. 19. p. 644.

h In *Cod. Vat.* τριπλάσιον. quod ad praeced. genitt. γυναικῶν, οἰκετῶν, ἐμπόρων, μετοίκων, et seq. πλήθους melius quadrare viderat *Sylb.*

i Ῥαδίως ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τῷ πάθει καὶ συντρέχοντας *Vat.*

k Τὰς ἐπικειμένας ἐν αὐτοῖς τροφὰς *Vat.*

l Post τύχην desideratur συνέβη,

γοντες, ὑβριςὰς εἶναι πικροὺς ἐξειργάσαντο. [m] τοιούτοις συνεχόμενοι κακοῖς οἱ ὕπατοι, [n] πέμπουσι τοὺς συνωνησομένȣς σῖτον ἐκ τῶν σύνεγγυς τόπων μετὰ πολλῶν χρημάτων, καὶ τὸν ἐν ταῖς οἰκίαις ἔταξαν εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρειν τȣ̀ς εἰς τὸν ἑαυτῶν βίον πλείονα τȣ̃ μετρίȣ παραθεμένȣς, [o] τιμὴν ὁρίσαντες ἀποχρῶσαν. ταῦτα δὴ καὶ ἄλλα πολλὰ μηχανώμενοι τοιαῦτα, ἐπέσχον τῶν πενήτων τὰς παρανομίας, καὶ [p] ἀναςροφὴν ἔλαβον τῆς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῆς.

XXVI. [q] Ἐπειδὴ γὰρ αἱ μὲν ἔξωθεν ἐβράδυνον ἀγοραὶ, τὰ

Per. Iul. 4240. Ante Chr. 474. Olymp. 76 2/3. U.C. Cat. 278. Var. 280.

solet, illos auctores vocando, * plebeios exasperarunt et insolentes reddiderunt. In tam misero rerum statu consules miserunt cum ingenti pecunia homines, qui frumentum ex propinquis locis coëmerent; et imperarunt, vt omnes, qui in suis aedibus plus frumenti repositi haberent, quam quanto ad modicum ipsorum victum opus esset, id in publicum conferrent: pretiumque iustum statuerunt. His igitur atque multis aliis istiusmodi artibus pauperum iniurias represserunt, animosque iterum ad belli apparatum conuerterunt.

Quum autem externi commeatus tardius afferrentur, et omnia

βȣ, vel aliud verbum simile. *Sylb.*

* Atque ita magis exacerbabant vulgus suapte sponte procliue ad contumelias. *Gelen.*

m In *Cod. Rom.* τȣ́τοις δὲ συνεχ. *Sylb.*

n Ex *Cod. Rom.* pro corrupto ὥστε [in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.*] πέμπȣσι reposuit *Sylb.* quod verbum infra quoque de iisdem legatis vsurpatum p. 1817. v. 3. supra etiam (p. 402. v. 20. et 23. edit. Hudson.) in simili narratione leguntur διαπέμπειν et διαςέλλειν. *Sylb.*

o Illud τιμὴν additum e *Cod. Rom.* atque agnoscit etiam *Lapi* versio. Verum totam periodum, quae male se habet, hoc modo restituendam censet *Port.* τοιȣ́τοις συνεχόμενοι κακοῖς οἱ ὕπατοι τȣ́ς τε συνωνησομένȣς σῖτον ἐκ τῶν σύνεγγυς τόπων μετὰ πολλῶν χρημάτων ἔπεμψαν, καὶ τὸν ἐν ταῖς οἰκίαις ἔταξαν εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρειν τȣ̀ς εἰς τὸν ἑαυτῶν βίον πλείονα τȣ̃ μετρίȣ παραθεμένȣς, ὁρίσαντες ἀποχρῶσαν τιμήν. ταῦτα etc.

p Legendum esse ἐπιςροφὴν contendit *Steph.*

q Ἐπειδὴ αἱ] Procul dubio particula δὴ desideratur. *Port.* In *Cod. Vat.* ἐπεὶ δ' αἱ μὲν. *Lapus* legit ἐπειδὴ γὰρ. *postquam enim.*

r Δυεῖν

δ' ἐντὸς τείχους τροφῆς ἐχόμενα πάντα κατανάλωτο, ἀποστροφὴ δὲ τῶν κακῶν οὐδεμία ἦν ἑτέρα, ἀλλὰ [r] δυοῖν θάτερον ἐχρῆν, ἢ τοὺς πολεμίους ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρας ἁπάσῃ δυνάμει παρακινδυνεύσαντας, ἢ τειχήρεις μένοντας ὑπὸ λιμοῦ τε καὶ στάσεως διαφθαρῆναι· τὸ κουφότερον αἱρούμενοι τῶν κακῶν, ἔγνωσαν ὁμόσε χωρεῖν τοῖς ἐκ τῶν πολεμίων [s] κακοῖς. προαγαγόντες δὲ τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς πόλεως, περὶ μέσας νύκτας διέβησαν τὸν ποταμὸν ἐπὶ σχεδίαις, καὶ πρὶν ἡμέραν λαμπρὰν γενέσθαι, πλησίον τῶν πολεμίων κατεστρατοπέδευσαν. τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ [t] προελθόντες, [u] ἔταξαν εἰς μάχην τὸν στρατόν. εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν τῶν κεράτων Οὐεργίνιος, τὸ δ' εὐώνυμον Σερουίλιος. ἰδόντες [x] δ' αὐτοὺς εὐτρεπεῖς ὄντας οἱ Τυῤῥηνοὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα, σφόδρα ἐχάρησαν, [y] ὡς ἐνὶ τῷ τότε κινδύνῳ κατὰ νοῦν χωρήσαντι τὴν Ῥωμαίων καθελοῦντες ἀρχήν, εἰδότες, ὅτι πᾶν, ὅσον ἦν κράτιστον στρατιωτικὸν αὐτῶν, εἰς τὸν ἀγῶνα ἐκεῖνον ὥρμητο, καὶ δι' ἐλπίδος ἐχον-

omnia domeſtica cibaria abſumta eſſent, nec vllo alio modo malum vitari poſſet, ſed alterutrum neceſſario eſſet illis faciendum; aut totis viribus periclitandum, vt hoſtes ex agro Romano expellerent; aut fame et ſeditione abſumtis pereundum, ſi intra muros ſe continerent: leuius malum eligentes, ſtatuerunt ſe externis hoſtium periculis obiicere. Itaque, eductis ex vrbe copiis, circa mediam noctem flumen ratibus traiecerunt; et, antequam dies clara illuceſceret, prope hoſtes caſtra poſuerunt. poſtridie vero progreſſi, exercitum ad pugnam inſtruxerunt. dextrum autem cornu a Virginio, laeuum a Seruilio ducebatur. Hetruſci vero, quum eos ad proelium paratos vidiſſent, vehementer laetati ſunt: quaſi, ſi ipſis vnum illud certamen ex animi ſententia ſucceſſiſſet, imperium Romanum euerſuri eſſent, quod ſcirent, totum imperii robur militare ad id certamen veniſſe, et ſpem concepiſſent valde

Per. Iul. 4240. *Ante Chr.* 474. *Olymp.* 76. $\frac{2}{3}$. *Cat. V.C.* 278. *Var.* 280.

r Δυεῖν θάτερον *Vat.*

s Δεινοῖς pro κακοῖς in *Cod. Vat.*

t Προσελθόντες in *Ed. Steph.*

u Ἔταξαν ὡς εἰς μάχην *Vat.*

x Ita in *Vat.* et *Lapi Cod.* δὲ omittit *Ed. Steph.*

y Ὡς ἐν τῷ τότε *Vat.*

z Ἀνεχώ-

τες, ἐν ᾗ πολὺ τὸ κοῦφον ἦν, ῥᾳδίως αὐτῶν κρατήσειν, ἐπειδὴ τὴν μετὰ Μενηνίου δύναμιν ἐν δυσχωρίαις παραταξαμένην σφίσιν ἐνίκησαν. γενομένης δ' ἰσχυρᾶς καὶ πολυχρονίου μάχης, πολλοὺς μὲν ἀποκτείναντες Ῥωμαίων, πολλῷ δ' ἔτι πλείονας τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες, [z] ἀνεχώρουν βάδην ἐπὶ τὸν χάρακα. ὁ μὲν οὖν Οὐεργίνιος τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων, οὐκ εἴα διώκειν τοὺς σφετέρους, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κατορθώματι [a] μένειν· ὁ δὲ Σερουΐλιος ὁ τεταγμένος ἐπὶ θατέρου κέρως, ἐδίωκε τοὺς καθ' ἑαυτὸν, ἑπόμενος [b] μέχρι πολλοῦ. ὡς δ' ἐν τοῖς μετεώροις ἐγένετο, ὑποστρέψαντες οἱ Τυῤῥηνοὶ, καὶ τῶν ἐκ τοῦ χάρακος ἐπιβοηθησάντων, ἐνσείουσιν αὐτοῖς. οἱ δ' ὀλίγον τινὰ δεξάμενοι χρόνον, ἐγκλίνουσι τὰ νῶτα, καὶ κατὰ τοῦ λόφου διωκόμενοι, σποράδες ἀπώλλυντο. μαθὼν δ' Οὐεργίνιος, ἐν οἵαις ἦν τύχαις ἡ τὸ ἀριστερὸν κέρας κατέχουσα στρατιὰ, πᾶσαν ἔχων τὴν δύναμιν ἐν τάξει, πλαγίαν ἦγε διὰ τοῦ ὄρους ὁδόν. γενόμενος δὲ κατὰ νώτου τῶν διωκόντων τοὺς

Per. Iul. 4240. *Ante Chr.* 474. *Olymp.* 76 2/3. *Cat. V.C.* 278. *Var.* 280.

valde vanam, se facile victoriam ab illis reportaturos, quod Menenii copias in loco angusto ac iniquo secum congressas vicissent. Commisso igitur acri et diuturno proelio, multis Romanis caesis, sed longe pluribus de suis amissis, se in castra recipiebant. Virginius vero, qui dextrum cornu ducebat, suos vlterius hostem insequi non sinebat: sed eos hortabatur, vt praesenti successu contenti essent: at Seruilius, alteri cornu praefectus, cum suis eos, qui sibi erant oppositi, longe est insequutus. vt vero ad loca accliuia ventum est, Hetrusci conuersi, succurrente et castrorum praesidio, impressionem in eos fecerunt. illi, quum aliquantisper eorum impetum sustinuissent, terga verterunt; et, quum per decliuia hostis eos persequeretur, disiecti passim caedebantur. Vbi vero Virginius cognouit casum exercitus, qui in laeuo cornu erat, omnes copias acie instructa per montem transuerso itinere duxit. Quum autem a tergo hostium suos insequentium venisset, partem exercitus

z Ἀνεχώρουν βάδην εἰς τὸν *Vat.* vulgatis deest βάδην.

a Vel ἠξίου, vel ἐκέλευε, aut simile verbum, desideratur post μένειν. nam ab illo εἴα commode regi nequit. *Port.*

b Ἄχρι πολλοῦ *Vat.*

c Ἐν

σφετέρους, μέρος μέν τι ταύτῃ καταλείπει τῆς στρατιᾶς, κωλύσεως ἕνεκεν τῶν ἐκ τοῦ χάρακος ἐπιβοηθησόντων· τὸ δὲ λοιπὸν αὐτὸς ἄγων ἐπεφέρετο τοῖς πολεμίοις. [c] ἐν δὴ τούτῳ καὶ οἱ μετὰ τοῦ Σερουϊλίου [d] θαῤῥήσαντες τῇ παρουσίᾳ τῶν σφετέρων, [e] ὑποστρέφουσί τε καὶ καταστάντες ἐμάχοντο. κυκλωθέντες δ' ὑπ' ἀμφοῖν οἱ Τυῤῥηνοὶ, καὶ οὔτε πρόσω διεκπορευθῆναι δυνάμενοι, διὰ τοὺς ὁμόσε χωροῦντας, οὔτ' ὀπίσω φεύγειν ἐπὶ τὸν χάρακα, διὰ τοὺς κατόπιν ἐπιόντας, [f] ἀτυχῶς οἱ πλείους κατεκόπησαν. γενομένης δ' οἰκτρᾶς νίκης περὶ τοὺς Ῥωμαίους, καὶ οὐ παντάπασιν εὐτυχὲς τέλος εἰληφότος τοῦ ἀγῶνος, οἱ μὲν ὕπατοι πρὸ τῶν νεκρῶν καταστρατοπεδευσάμενοι, τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ηὐλίσαντο· οἱ δὲ κατέχοντες τὸ Ἰάνικλον Τυῤῥηνοὶ, ἐπειδὴ οὐδεμία παρὰ τῶν οἴκοθεν ἤρχετο ἐπικουρία, καταλιπεῖν ἔκριναν τὸ φρούριον· καὶ ἀναστρατοπεδεύσαντες νυκτὸς, ἀπῆραν εἰς τὴν Οὐϊεντανῶν πόλιν, ἐγγυτάτω σφίσι

tus ibi reliquit, vt prohiberet, ne qui e castris ad suppetias suis *Per. Iul.*
ferendas erumperent; at cum reliquis copiis ipse hostes inuasit. 4240.
Interea et Seruiliani, resumtis animis ob suorum aduentum, *Ante Chr.* 474.
conuertunt se, et repressa fuga pugnant. Hetrusci vero, ab *Olymp.*
vtrisque circumuenti, quum neque vlterius possent perrumpere 76 2/3.
ob oppositam aciem, neque retro in castra fugere ob eos, a qui- *Cat.*
bus a tergo vrgebantur, plerique misere contrucidati sunt. *V.C.* 278.
Quum autem Romani miserandam victoriam adepti fuissent, et *Var.*
proelium parum laetum exitum habuisset, consules, castris ante 280.
caesorum cadauera positis, sequentem noctem ibi transegerunt. At Hetrusci, qui Ianiculum montem tenebant, quum nulla auxilia domo venirent, id castellum relinquere decreuerunt: et noctu motis castris Veios profecti sunt, quae vrbs Hetruscarum

erat

c Ἐν δὲ τούτῳ *Vat.*

d Θαρσήσαντες *Vat.*

e Nota dissimili tempore ὑποστρέφουσι et ἐμάχοντο: cum regula postulat ὑποστρέφουσι et μάχονται, vel ὑπέστρεφον et ἐμάχοντο. *Sylb.* [Sed hoc iamdudum ante debuerat *Sylb.* notare, et potuisset vel centies facere.]

f Οὐκ ἀνάνδρως, ἀτυχῶς δ' οἱ πλείους κατεκόπησαν *Vat.* quo modo in *Lapi Cod.* nam vertit: *non ignaue, sed infeliciter, pars eorum maior trucidata est.*

g Illa

τῶν Τυῤῥηνίδων πόλεων κειμένην. τοῦ δὲ χάρακος αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι κρατήσαντες, τά τε χρήματα διαρπάζουσιν, ὅσα ὑπελείποντο ἀδύνατα ὄντα ἐν φυγῇ φέρεσθαι, καὶ τραυματίας λαμβάνουσι πολλοὺς, τοὺς μὲν [g] ἐν ταῖς σκηναῖς" ἀπολειφθέντας, τοὺς δ' ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἅπασαν ἐστρωμένους. ἀντείχοντο γάρ τινες γλιχόμενοι τῆς οἴκαδε ὁδοῦ, καὶ διεκαρτέρουν παρὰ δύναμιν ἀκολουθοῦντες· εἶτα, βαρυνομένων αὐτοῖς τῶν μελῶν, ἡμιθνῆτες κατέῤῥεον ἐπὶ τὴν γῆν· οὓς οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς ἐπὶ πολὺ τῆς ὁδοῦ προελθόντες ἀνείλοντο· καὶ, ἐπειδὴ οὐδὲν ἔτι πολέμιον ἦν, καθελόντες τὸ φρούριον καὶ τὰ λάφυρα ἄγοντες, ἧκον εἰς τὴν πόλιν, τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ μάχῃ τελευτησάντων κομίσαντες, οἰκτρὰν ὄψιν ἅπασι τοῖς πολίταις διὰ πλῆθός τε καὶ [h] ἀρετὴν τῶν ἀπολομένων. ὥστε ὁ μὲν δῆμος οὔτε ἑορτάζειν, ὡς καλὸν ἀγῶνα κατορθώσας, ἠξίου, οὔτε πενθεῖν ὡς ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ. ἡ δὲ βουλὴ τοῖς μὲν θεοῖς [i] τὰς ἀναγκαίας ἐψηφίσατο θυσίας, τὴν

Per. Iul. 4240. Ante Chr. 474. Olymp. 76 2/3. Cat. V.C. 278. Var. 280.

erat ipſis proxima. Romani vero, caſtris eorum potiti, diripuerunt omnia impedimenta, quae ibi fuerant relicta, quod in fuga portari non potuiſſent, multoſque ſaucios ceperunt, alios in tentoriis relictos, alios paſſim toto itinere ſtratos. Quidam enim patriae deſiderio *caeteros ſequi* enitebantur, et ſupra vires ſequendo *dolores* perferebant; deinde quum membra eorum grauarentur, ſemimortui in terram decidebant: quos Romani equites longius progreſſi ſuſceperunt; et, quum nulli amplius apparerent hoſtes, dirutis illius caſtelli munitionibus, cum ſpoliis in vrbem redierunt; allatis cadaueribus eorum, qui in proelio ceciderant, miſerabile toti ciuitati ſpectaculum, tam ob numerum, quam ob virtutem eorum, qui interierant. quare populus nec laetari voluit, quaſi re feliciter geſta, nec lugere, quaſi ingens et inſanabilis clades eſſet accepta. Senatus tamen diis ſupplicationes neceſſarias decreuit, at conſulibus

g Illa ἐν ταῖς σκηναῖς addita ſunt in *Cod. Vat.* a manu recentiori.

h Καὶ τὴν ἀρετὴν] Non agnoſcit *Vat.* articulum.

i τὰς ἀναγκαίους *Vat.*

k Τοῖς

δ' ἐπινίκιον τοῦ θριάμβου πομπὴν οὐκ ἐπέτρεψε ποιήσασθαι [k] τοῖς ὑπάτοις. μετ' οὐ πολλὰς δ' ἡμέρας ἀγορᾶς ἐπλήσθη παντοδαπῆς ἡ πόλις, τῶν τε δημοσίᾳ πεμφθέντων, καὶ τῶν εἰωθότων ἐμπορεύεσθαι πολὺν εἰσαγαγόντων σῖτον· ὥστ' ἐν τῇ προτέρᾳ [l] πάντας εὐετηρίᾳ γενέσθαι.

XXVII. Καταλυθέντων δὲ [m] τῆδε'' τῶν ὑπαιθρίων πολέμων, ἡ πολιτικὴ στάσις αὖθις ἀνεκαίετο, τῶν δημάρχων πάλιν ταραττόντων τὸ πλῆθος. καὶ τὰ μὲν ἄλλα πολιτεύματα διεσκέδασαν αὐτῶν ἀντιταττόμενοι πρὸς ἕκαστον οἱ πατρίκιοι· τὴν δὲ κατὰ Μενηνίου δίκην, τοῦ νεωστὶ ὑπατεύσαντος, καίτοι πολλὰ πραγματευθέντες, ἀδύνατοι ἐγένοντο διαλῦσαι· ἀλλ' ὑπαχθεὶς ὁ ἀνὴρ εἰς δίκην [n] ὑπὸ τῶν δυοῖν δημάρχων, Κοΐντου [o] Κοϊντιλίου καὶ Τίτου Γενυκίου, καὶ λόγον ἀπαιτούμενος τῆς στρατηγίας τοῦ πολέμου τέλος οὔτ' εὐτυχὲς οὔτ' εὐπρεπὲς λαβούσης, μάλιστα δὲ διαβαλλόμενος ἐπὶ τῷ Φαβίων ὀλέθρῳ, καὶ τῇ Κρεμέρας ἁλώσει, δικάζοντος τοῦ δημοτικοῦ ὄχλου κατὰ φυλάς, οὐ παρ' ὀλίγας

libus triumphi honorem ob partam victoriam negarunt. Paucis poſt diebus vrbs variis commeatibus eſt repleta, quia et legati a republica miſſi, et frumentarii negotiatores magnam vim frumenti in vrbem importarunt; ita vt omnes priſtina annonae vilitate denuo frui coeperint. *Per. Iul.* 4240. *Ante Chr.* 474. *Olymp.* 76 2/3.

His autem bellis externis finitis, ſeditio ciuilis, tribunis plebem rurſus turbantibus, iterum eſt accenſa. Ac caeteras quidem eorum ciuiles actiones patricii, vnicuique ſe opponentes, diſſiparunt: at accuſationem Menenii, qui ſuperiore anno conſul fuerat, impedire non potuerunt, licet multum enixi fuiſſent: ſed ei duo tribuni, Q. Conſidius et T. Genucius, diem dixerunt, iuſſuſque rationem reddere belli, nec feliciter, nec honeſte adminiſtrati, praecipue vero ob Fabiorum cladem et Cremerae expugnationem accuſatus, populi iudicio comitiis tributis ferme omnium *Cat. V.C.* 278. *Var.* 280.

k Τοῖς αὐτοῖς *Vat.*

l Si malis neutrum πάντα, per me licet. *Sylb.*

m Omittit *Vat.* τῶνδε, quod vulgatae dant pro τῆδε.

n Ὑπὸ τῶν δυεῖν *Vat.*

o Pro Κοϊντιλίου et *Lapus* et *Gelenius* cum *Sigonio* legunt Κωνσιδίου ex *Liuio.* In *Cod. Vat.* Κοιντίνου.

p Ὤφειλεν]

ψήφους [p] ὦφλεν, υἱὸς ὢν Ἀγρίππα Μενηνίου, τοῦ καταγαγόντος ἐκ τῆς φυγῆς τὸν δῆμον, καὶ διαλλάξαντος πρὸς τοὺς πατρικίους, ὃν ἀποθανόντα ἡ βουλὴ ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων λαμπροτάταις ἐκόσμησε ταφαῖς, αἱ δὲ γυναῖκες αἱ Ῥωμαίων ἐνιαύσιον ἐπένθησαν χρόνον, πορφύραν καὶ χρυσὸν ἀποθέμεναι. οὐ μέντοι [q] θανάτου γ' [r] αὐτῷ οἱ καταδικασάμενοι ἐτίμησαν, ἀλλ' ἐκτίσματος, ὃ πρὸς μὲν τοὺς νῦν ἐξεταζόμενον βίους, γέλωτος ἂν ἄξιον φανείη, τοῖς δὲ τότ' ἀνθρώποις, αὐτουργοῖς οὖσι καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα ζῶσι, μάλιστα δ' ἐκείνῳ τῷ ἀνδρὶ, πενίαν κληρονομήσαντι παρὰ τοῦ πατρὸς, [s] ἀφυὲς ἦν καὶ βαρὺ, δισχιλίων ἀριθμὸς ἀσσαρίων. ἦν δ' ἀσσάριον, χάλκεον νόμισμα, βάρος λιτριαῖον. ὥστε τὸ σύμπαν ὄφλημα [t] ταλάντων ἑκκαίδεκα εἰς ὁλκὴν χαλκοῦ γενέσθαι.

Per. Iul. 4240. *Ante Chr.* 474. *Olymp.* 76 2/3. *Cat. V.C.* 278. *Varr.* 280.

Menenius ob rem male gestam damnatus.

omnium suffragiis damnatus est; quamuis esset filius illius Menenii Agrippae, qui plebem ex fuga in vrbem reduxerat, eamque patriciis reconciliarat, quem defunctum senatus publicis impensis magnificentissimo funere decorarat, quem etiam matronae Romanae per integrum annum luxerant, purpura auroque deposito. Qui tamen eum damnarunt, haud capite litem aestimarunt, sed pecunia; quae, si cum nostri seculi moribus ac vita conferatur, ridicula videatur: sed illius hominibus, qui suis manibus victum necessarium sibi quaerebant, praecipue vero illi viro, cui pro patrimonio paupertas fuerat relicta, nimia et grauis erat; duo assium millia. as autem numus erat aereus, libralis. ita vt tota mulcta pondere suo sexdecim talenta aeris conficeret.

p Ὤφειλεν] Rectius in *Cod. Vat.* ὦφλεν. quod *Sylburgio* placuisse video.

q θανάτῳ] Optime in *Cod. Vat.* θανάτου, eodem scilicet casu cum ἐκτίσματος, eademque structura, quae mox repetitur p. 561. v. 17. [edit. Hudſ.]

r Αὐτῷ *Vat.* vulg. αὐτόν.

s *Hesychius* ἀφυὲς interpretatur δυσχερές: quod mire huic loco conuenit. Alioqui ὑπερφυὲς [quod displicuit *Sylburgio* aeque ac ἀφυὲς] censerem legendum; vel ἀφελὲς, quam vocem Graeci grammatici interpretantur μέγα. *Casaub.* In *Cod. Vat.* ἀφ' ἧς.

t Ait, duo assium millia pendere talenta 16. Talentum videlicet

καὶ τοῦτ' [u] ἐπίφθονον ἐφάνη τοῖς τότε ἀνθρώποις· καὶ ἐπανορθώσασθαι βουλόμενοι [x] αὐτοὶ, τὰς μὲν χρηματικὰς ἔπαυσαν ζημίας, μετήνεγκαν δ' εἰς προβάτων ἐκτίσματα καὶ βοῶν, τάξαντες καὶ τούτων ἀριθμὸν ταῖς ὕστερον ἐσομέναις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῖς ἰδιώταις [y] ἐπιβολαῖς. ἐκ δὲ τῆς Μενηνίου καταδίκης ἀφορμὴν αὖθις εἰλήφεσαν οἱ πατρίκιοι τῆς πρὸς τὸ δημοτικὸν ὀργῆς, καὶ οὔτε τὴν κληρουχίαν ἐπέτρεπον ἔτι αὐτῷ ποιεῖσθαι, οὔτ' ἄλλο ἐβούλοντο ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τῷ δήμῳ μετέμελε τῶν δεδικασμένων, ἐπειδὴ τὴν τελευτὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐπύθετο· οὐδὲ γὰρ εἰς ἀνθρώπων ἔτι συνῆλθεν ὁμιλίας, οὐδ' ἐν δημοσίῳ τινὶ πρὸς οὐδενὸς ὤφθη τόπῳ. ἐξόν τ' αὐτῷ τὴν ζημίαν ἐκτίσαντι μηδενὸς ἀπελαύνεσθαι

conficeret. Idque eo feculo inuidiofum videbatur: quem morem quum ipfi vellent corrigere, pecuniarias mulctas abrogarunt, eafque ad ouium atque boum mulctas transtulerunt; ftatuto etiam horum certo numero in mulctis, quas magiftratus in pofterum priuatis hominibus effent irrogaturi. Ob hanc autem Menenii damnationem, patricii, rurfus arrepta occafione, contra plebem exafperati funt, nec amplius agrum ei diuidi permittebant, nec vlla alia in re molliter ei cedere volebant. Sed non multo poft ipfam quoque plebem eius poenituit, vbi illius viri obitum cognouit. nec enim hominum congreffus amplius frequentauit, nec in vllo publico loco a quoquam eft confpectus. et, quum poffet, perfoluta mulcta, a nullis publicis muneribus arceri,

Per. Jul. 4240. *Ante Chr.* 474. *Olymp.* 76 $\frac{2}{3}$. *V.C. Cat.* 278. *Var.* 280.

delicet intelligit, quod libras cxxv. pondo valebat. Vide *Hefychium* et *Suidam*. Rem nunc expende, et vide, an fexdecim talenta tantundem valeant, quantum duo affium libralium millia. Ergo fi duo millia diuidemus per 125. emergent 16. Viden', vt fine cauffa torferint fe hoc loco tot eruditi viri? *Caf.*

u Tamen hoc non erat mulcta maxima: quae fuit affium 3020. Vide *Feftum*. *Caf.*

x Et αὐτοὶ retineri poteft, et αὐτὸ admitti. *Sylb.* Αὐτὸ in *Cod. Vat.*

y Ἐπιβουλαῖς] Verior lectio ἐπιβολαῖς, *mulctis*, vt apud *Harpocrat.* et *Suidam:* quam in verfione fequuti fumus, et non infeliciter expreffit *Gelenius*, hifce verbis: *taxato numero, vltra quem non liceret magiftratui*

τῶν κοινῶν. ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐπιτηδείων αὐτοῦ τὴν καταδίκην ἀπαριθμεῖν· οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλὰ θανάτου τὴν συμφορὰν τιμησάμενος, οἴκοι μένων καὶ οὐδένα προσιέμενος, ὑπό τ' ἀθυμίας καὶ σίτων [z] ἐποχῆς μαρανθεὶς, ἀπέστη τοῦ βίου. καὶ τὰ μὲν ἐν τούτῳ πραχθέντα τῷ ἐνιαυτῷ τοιάδ' ἦν.

XXVIII. Ποπλίου δὲ Οὐαλερίου Ποπλικόλα καὶ Γαΐου Ναυτίου παραλαβόντων τὴν ἀρχὴν, ἕτερος ἀνὴρ πάλιν τῶν πατρικίων [a] Σερούϊος Σερουΐλιος, ὁ τῷ παρελθόντι ὑπατεύσας ἔτει, μετ' οὐ πολὺν, ἢ τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι, χρόνον, εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἀγῶνα ἤχθη. οἱ δὲ προθέντες αὐτῷ τὴν ἐν τῷ δήμῳ δίκην, δύο τῶν δημάρχων ἦσαν, [b] Λεύκιος Καιδίκιος καὶ Τῖτος Στάτιος, οὐκ [c] ἀδικήματος, ἀλλὰ τύχης ἀπαιτοῦντες λόγον, ὅτι, κατὰ τὴν πρὸς Τυρρηνοὺς μάχην ὠσάμενος ἐπὶ τὸν χάρακα τῶν πολεμίων ὁ ἀνὴρ

Per. Iul. 4241. *Ante Chr.* 473. *Olymp.* 76 3/4.

arceri, (non pauci enim eius necessarii mulctae pecuniam numerare parati erant) hoc facere noluit: sed quum eam calamitatem morte aestimasset, domi se continens, et neminem admittens, moerore et inedia contabefactus, vita excessit. Atque haec quidem hoc anno sunt gesta.

Cat. V.C. 279. *Var.* 281. *P. Valerio et C. Nautio coss. Sp. Seruilius a tribunis accus.*

P. Valerio Poplicola et C. Nautio coss. rursus alius vir ordinis patricii, Sp. Seruilius, qui superiore anno consul fuerat, non multo post depositum magistratum, reus capitis actus est. Duo autem tribuni, Lucius Caedicius et T. Statius, ei diem dixerunt, vt ad caussam dicendam apud plebem veniret, non alicuius delicti, sed infortunii rationem exigentes; quod, quum in proelio contra Hetruscos audacius, quam prudentius, ad hostium castra proces-

tui a priuatis mulctam exigere. Si quis ἐπιβουλαῖς malit, cum *Porto* vertendum: *horum quoque statuto certo numero, ne magistratus in posterum futuri priuatis hominibus insidiarentur.*

z Aptius ἀποχῆς, *abstinentia. Sylb.*

a Ita etiam in *Lapi Cod.* vt supra p. 1810. v. 3. *Gelenius* ex *Liuio* et *Cassiodoro* Spurium praenominat. *Diodorus* vocat Caium Seruilium Structum. *Sylb.* Σερούϊος 'Ερουΐνος *Vat.*

b Λεύκιος Δίκιος *Vat.*

c Perperam in *Ed. Steph.* ἀδικήματα.

* Hoc

θρασύτερον μᾶλλον, ἢ φρονιμώτερον, ἐδιώχθη τε ὑπὸ τῶν ἔνδον ἀθρόον ἐπεξελθόντων, καὶ τὴν κρατίστην νεότητα ἀπέβαλεν. οὗτος ὁ ἀγὼν ἁπάντων ἐφάνη τοῖς πατρικίοις ἀγώνων βαρύτατος. ἠγανάκτουν τε συνιόντες πρὸς ἀλλήλους, καὶ δεινὸν ἐποιοῦντο, εἰ τὰς εὐτολμίας τῶν στρατηγῶν, καὶ τὸ μηδένα κίνδυνον ὀκνεῖν, ἐὰν ἐναντιωθῇ ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτῶν τὸ δαιμόνιον, εἰς κατηγορίαν ἄξουσιν οἱ μὴ στάντες παρὰ τὰ δεινά· δειλίας τε καὶ ὄκνου [d] καὶ τοῦ μηδὲν ἔτι καινουργεῖν τοὺς ἡγεμόνας, [e] ὑφ᾽ ὧν ἐλευθερία τ᾽ ἀπόλλυται, καὶ ἡγεμονία καταλύεται, [f] τοὺς τοιούτους ἀγῶνας αἰτίους ἔσεσθαι κατὰ τὸ εἰκὸς ἐλογίζοντο. παρακλήσει τε πολλῇ ἐχρῶντο τῶν δημοτικῶν, μὴ καταγνῶναι τοῦ ἀνδρὸς τὴν δίκην, διδάσκοντες, ὡς μεγάλα βλάψουσι τὴν πόλιν ἐπὶ ταῖς ἀτυχίαις τοὺς στρατηγοὺς ζημιοῦντες. ἐπεὶ δ᾽ ὁ τοῦ ἀγῶνος ἐνέστη χρόνος, παρελθὼν εἷς τῶν δημάρχων κατηγόρησε τοῦ ἀνδρὸς, [g] Λεύκιος Καιδίκιος, ὅτι

proceſſiſſet, ab iis, qui in caſtris erant, ſtipato agmine irruptione facta, repulſus fuiſſet, et lectiſſimam iuuentutem amiſiſſet. *Hoc viri periculum patriciis omnium periculorum grauiſſimum eſt viſum. et coëuntes inter ſe indignabantur, remque non ferendam dicebant, ſi ducum audaciam et fortitudinem (numine conſiliis eorum aduerſante) ii, qui ipſis periculis non interfuiſſent, accuſarent ignauiae et pigritiae: atque, cohibita in poſterum ſuorum ducum audacia in nouis ſtratagematis excogitandis, libertatem interituram, imperiumque euerſum iri dicebant. haec autem pericula, veriſimili ratione adducti, horum malorum cauſſam fore exiſtimabant. Quare plebem deprecabantur, ne damnaret hominem; docentes, fore, vt magna reipublicae detrimenta afferrent, ſi ob infortunia duces mulctarent. Quum autem dies iudicii veniſſet, L. Caedicius, vnus de tribunis, progreſſus in medium, hominem accuſauit, quod ob

Per. Iul. 4241. Ante Chr. 473. Olymp. 76 3/4. Cat. 279. V.C. Var. 281.

* Hoc certamen etc. *Lapus.* Ea actio etc. *Gelen.*

d Καὶ τοῦ μηδὲν in *Codd. Rom.* et *Vat.* vulg. καὶ τῷ μ.

e Rectius in *Rom. Cod.* ἐλευθερίαν τε ἀπόλλυσθαι καὶ ἡγεμονίαν καταλύεσθαι. *Sylb.*

f *Lapus* hic addidit τούτων τε, *huiusque cauſſam fore haec certamina* etc. *Sylb.* Τοὺς δὲ τοιούτους malit *Port.*

g Λεύκιος Δίκιος *Vat.*

1635. antep. locus inprimis vexatus, quem sic ferme (nam melior ratio nunc non succurrit) ad sententiam saltim tolerabilem reformes. τῆς προθυμίας ἐν στήλαις δημοσίᾳ γραφῇ μνήμην προσοίσοντα τοῖς ἐπιγινομένοις αἰώνιον. vel τ. πρ. ἐν στήλαις δ. γρ. μνήμην αὐταῖς βεβαιώσοντα τὴν ἐκ τῶν ἐπιγιγνομ. αἰ. quae collaudatio, in cippo vel titulo literis consignata foret ipsis [mulieribus puta] memoriam a posteris, h. e. memoriam posterorum, confirmatura sempiternam.

1636. 3. ἐπὶ malim abesse, aut deesse nomen proprium loci in vrbe, vbi templum hoc esset condendum. e. c. in via Latina

Latina. v. p. 491. 34. p. 495. vlt. ed. Hudſ.

1638. 9. νεὼς interdum eſt foreola, ſpecus, in muro excavata, *la Niche*, die Blinde, in qua capſula cum idolo reponitur, pone aram. h. l. eſt νεὼς ſolummodo capſula, quae plerumque lignea erat, velis pretioſis conueſtita, in qua capſula, et pone quae vela ſtabat idolum abſconditum oculis vulgi, donec ſtatis temporibus exponeretur ſpectandum, expromtum lauaretur, et vngeretur, et gemmis, atque veſte aurea ornaretur.

1639. 3. ἡ ἑβδόμη τοῦ μηνὸς ἡμέρα eſt ſextus dies. nam nox diem praecedit. tenente adhuc die ſexto, luna iam ſeptima coelum ſubit, ſeptimo octaua, et ſic porro. Vacat itaque menda locus, ſignificatque die ſeptimo, ſi ſecundum lunam computus fiat, non ſecundum ſolem.

1640. 1. προγόνων e Vatic. reſtitui pro ἀνθρώπων, vetuſta lectione. qua e lectione colligo, aliis in libris olim fuiſſe παρὰ τῶν ἄνω, a maioribus, ab hominibus ſuperiorum *aetatum*. Nam veteres non plane ἀνθρώπων, ſed ἀνων per compendium exarabant.

5. ad ἀναθέσθαι addidi de meo ἦ. *liceat*.

1641. pen. ἄλλας] nam praeter coerimonias, a ſenatu ſancitas, matronae quoque alias eſſe ratas iuſſerunt, mox enumerandas.

1642. 3. Sententia eſt, ne liceret matronae bis nuptae, ſimulacro neque corollas imponere, neque manus adeo vllo pacto, veluti pollutas, afferre.

10. f. μετὰ τοίνυν τήν.

Adhuc Reiskius V. C. annotata, a ſe olim conſcripta, denuo reuidit et accuratius elaborauit; quae nunc ſequuntur, quum morte praeuentus ea recognoſcere non potuerit, ita, vt quondam ab eo ſunt conſcripta, exhibentur.

1643. 11. μύσους, *ſceleris, impietatis*, de meo dedi, pro vulgari μίσους.

1644. 2. καὶ τοῖς Οὐολούσκοις de meo dedi pro vulgari καὶ εἰς Οὐολούσκους. Haud raro ἔρχεσθαι pro κατέρχεσθαι *redire* vſurpatur.

9. ἦν] malim ὤν. quod redibit ad inſequens ἡγεμών. cum autem eſſet imperator earum copiarum, quae in oppidis Volſcorum remanſerant, eo quoque licebat ei —

vlt. f. ὡς προείρηταί μοι, διὰ τοῦτ' ἦν καὶ κύριος — ideo quoque penes eum erat —

1645. 15. malim μένειν in infinitiuo. eo eſſe plebem oratione ſua adducendam, vt ſe ſinat in imperio manere.

1646. 2. mutaui de ſenſu meo diſtinctionem vulgarem, quae ſic habet. καταλύσασθαι, ſυγχω-

συγχωρησάντων ἁπάντων, γενήσεται κύριος. Verum ἁπάντων non eſt maſculinum h. l. ſed neutrum, et cohaeret cum κύριος. rerum omnium potiturum eſſe, vbi conceſſiſſent, (Volſci puta) vt bellum pro arbitrio ſuo deponeret.

1646. 5. Idem eſt, ni fallor, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, et κατὰ τὴν ἀγοράν. num ergo leg. eſt καὶ κατὰ τὴν βουλήν. in concionibus, et in ſenatu.

1648. 16. f. χώματι ὑψηλῷ, ταχέως διὰ πολυχ.

1651. 1. ἀλλ' ἔστιν ὅτε] hoc ἀλλὰ (quod rectius foret ἀλλὰ καὶ) non cohaeret cum οὐ μόνον. nam ἀλλὰ καὶ, quod cum οὐ μόνον cohaeret, iam pagina ſuperiore, v. vlt. praeceſſit. videtur hic aliquid deeſſe. Num auctor ſic dedit: αὐτοῖς τε [ſcil. τοῖς ἔχουσι ταύτην τὴν ἀρετὴν] καὶ ἄλλοις εἶναι ἀλυσιτελής. οὐ μόνον δ' ἐστὶν ἀλυσιτελής, ἀλλ' ἐστὶν ὅτε καὶ αἰτία. ipſisque eam tenentibus, aliiſque infructuoſa. Et non ſolum infructuoſa eſt, verum etiam interdum noxia.

14. σκοπὸν de meo dedi, pro vulgari σκοπῶν. ſe non exponere, veluti metam quandam—

1652. 11. aut τινα tranſponendum eſt, et ad χρόνον ſtatim adiungendum, aut eſt cum ἀπὸ vel ἐκ commutandum. ἐνδιαμένουσι v. 12. idem eſt, atque συνδιαμ. permanent, perdurant.

1653. 6. αἱ de meo addidi.

1654. 6. f. δυοῖν, ἔχοντος ἴδιον.

8. μεῖζον poſſit hic accipi pro μέγα.

vlt. dedi de meo διὰ δέος, in accuſ. ſponte ſua ſeſe dedituum, prae metu. nam ſi genitivus ſeruetur, legendum potius ſit διὰ δέους παραστήσοντες. per metum coacturi Romanos ad dedendum ſeſe.

1655. 5. ἅπαξ non ſic ſimpliciter ſcripſiſſet Dionyſius, ſed aut καθάπαξ, aut ἅπαξ ἁπλῶς.

vlt. καὶ ἀτάκτους] hoc καὶ de meo addidi.

1659. 4. ὁ de meo addidi.

1660. 16. καὶ γὰρ καὶ οἱ τ. Ἑ.] poſterius καὶ de meo addidi. nam Hernicorum quoque cohortes reſtaurabantur, et decrementa eorum ſupplebantur eo, quod ab ipſorum imperatoribus identidem recentes copiae affectis et fatigatis ſubmitterentur.

1661. 3. νυνὶ δὲ videtur bene habere. Sic vſurpant graeci, pro nunc certe, nunc ſaltim, ſi non citius. quare loco ſuo reliqui δὲ.

1662. 15. τότε μὲν οὖν· ἤδη γὰρ ἦν] Sic dedi de meo, pro vulgari τότε μὲν οὖν ἤδη· καὶ γὰρ ἦν.

1664. 6. malim παρείη, *adeſſe.*

15. malim καὶ ταῦτα.

1665. 3. f. μέρος ἔχων, εἰς τ.

1666. 8. poſt ἀνθρώπων videtur ἰσάριθμον deeſſe.

1667. 2. τὰ de meo addidi.

7. αἱ ἀγκύλαι non poſſunt h. l. aliud quid eſſe, praeterquam οἱ ἀγκῶνες, flexus cubitorum, vbi cubiti cum brachiis cohaerent, articulis connexi. ad καταφέροντες ſubauditur τὰς μαχαίρας.

8. vocabula ἀμυνομένας καὶ σκεπούσας τὰ σώματα vncis incluſi, vt

vt inutilia, partim quoque repugnantia. Ecqui enim poſſint manus appellari protectrices et obumbratices corporis, quae dictio vt recte vſurpetur de clypeis, minus recte vſurpabitur de manibus, quarum hae partes non ſunt, vt corpus protegant et quaſi velent.

1667. 12. f. ἐκ μὲν γὰρ τῶν.

1668. 2. f. ἐπέχοντες. verbum compoſitum pro ſimplici.

1669. 11. προσέθεσαν (cum σ in prima ſyllaba) dedi de meo pro vulgari προέθεσαν.

13. ἠλευθερωκέναι dedi, pro vulg. ἐλευθερ.

vlt. ὡς περὶ τοὺς μείζονας θρ.] ſic dedi de meo, pro vulgari ὥσπερ τοὺς μ. θρ.

1670. 3. f. ὥαν. ἤδη δὲ δεδήλωται —

8. τὸ de meo addidi. verumtamen p. 1677. 9. quoque τρίτον vſurpat pro τὸ τρίτον.

1671. 9. δηουμένης τῆς χώρας περιορᾶν] ſubaudi τὸ γιγνόμενον. nam alias dicendum fuiſſet, vt paulo ante dixit, δηουμένην τὴν χώραν.

1673. 1. εὐπορήσωσι bene habet. non ſemel apud Dem. εὐπορεῖν et ἐξευπορεῖν reperitur, pro *erſchwingen*, *möglich machen*, *ausfündig machen*. extundere, corradere vndecunque.

2. pro αὐτοῖς poſteriori malim ἐν αὐταῖς, *in his diebus*, interea temporis.

9. malim κατασήσασθαι. v. p. 1789. 6. niſi placet opinari, Dionyſium exprimere ſic voluiſſe latinum ſtatuere.

12. δεύτερον veram eſſe lectionem conſtat e p. 1675. 8.

1674. 5. δόξαν non eſt h. l. accuſatiuus nominis ſubſtantiui generis foeminini, ſed nominatiuus participii aor. 1. generis neutrius, idemque ſignificat, atque ὅτι ἔδοξε. quod ſi probamus, neceſſe erit, vt nonnihil h. l. deſit. fortaſſis ita leg. eſt δόξαν αὐθαδείας τεκμήριον εἶναι καὶ τοῦ μηδ.

14. quamquam valde neceſſarium vocabulum ἀγαθὸν non eſt, et vulgata probari poſſit eo, quod tam εὔφημα, quam κακόφημα, omitti ſoleant, loci cuiuſque ſententia lectorem quemque non tardiſſimum docente, quid itentidem ſubiiciendum ſit, tutiſſimum tamen viſum eſt, inſerere, quod Vaticanus praebebat. Praeterea tenendum quoque eſt, ad δεδρακότας ſubaudiendum eſſe αὐτοὺς. a quibus ipſi [Romani] nullo eſſent ornati beneficio.

15. τῇ τε ὑπερσοφίᾳ dedi de meo, in datiuo, pro vulgari τῆς τε ὑπεροψίας.

1676. 10. a vocabulo οἰκεῖα exorſus ſum nouum caput, vulgatis a voc. ταῦτα id exordientibus.

1679. 10. f. συνέφυρε. commiſcebat.

15. arbitratu meo ſic ſtruxi verba ἄπορόν τε καὶ ῥυπαρὸν καὶ πάντα τολμᾶν πρ. pro vulgari hoc ordine ἄπορον καὶ ῥυπαρόν τε καὶ π. τ. πρ.

1680. 1. εὐγενὲς de meo dedi, pro vulgari εὐγενέστατον. pone καθαρὸν videtur καὶ αἰδῆμον deeſſe.

1680. 2. v. τιθέμενον offendor. quis ita loquitur, ὑπό τινι τίθεσθαι pro τάττεσθαι. Num dedit τὰ ὅπλα τιθέμενον? an τίθεσθαι sic nude vsurpatur pro τ. τὰ ὅπλα.

5. μηδ' ἐκείνοις δοκεῖν ἄμεινον — dedi de meo, ad nutum Vaticani, pro vulgari μηδὲ ἐκεῖνο ἄμεινον (sine δοκεῖν) quia ne illis quidem [tribunis puta] videretur expedire reip. vt plebs largitionibus corrupta desidiae vacaret.

10. οὐθὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ τὸ δέος] subaudi a communi προσνειμάντων ἑαυτοὺς τῷ δήμῳ. sic dedi de meo, pro vulgari οὐδὲν δὲ κωλύει διὰ τοῦτο τὸ δέος.

1681. 11. αὐτὸν redit ad τὸν δῆμον.

1682. 2. κωλύσεως de meo dedi, pro vulgari κωλῦσαι.

4. ὁμοίως] malim aut ὅμως, aut potius βεβαίως.

1683. 3. post θάτερον deesse videtur μόνον.

6. malim διανέμεσθαι in medio. operam dare, vt inter nos diuidantur.

1684. 16. lectio ψήφων ἁρπαγαὶ colorem accipit a p. 634. vlt. et 635. pen. [edit. Hudf.] vrnas euertere et tabellas tollere, erat comitia irrita facere, aut etiam vrnas rapere, est per vim et multitudinem sancire illegitima. praestat tamen hic loci ξιφῶν.

1685. 14. ὑπάρχει defendi potest, si reddatur per *reseruatam esse, manere.*

Ibid. ἐνὶ dedi de meo, pro vulgari ἐπὶ.

1686. 3. num ἐπεργάζονται, οὐδὲν ἰδίᾳ γνόντες. de eo nihil ipsi per se decernant, sed nomen eius apud aerarium deferant.

8. εἶναι] imo vero οὐκ εἶναι. vt ab huiusmodi fundorum petitoribus locus esset nullus agendi in redemtores eorum, sed, si vellent iure experiri, necesse ipsis esset hanc causam suscipere aduersus fiscum ipsum, non aduersus homines priuatos.

Ibid. αὐτῶν] directa constructio postulat αὐτῆς. scil. τῆς δημοσίας γῆς. quod si ergo tuebimur vulgatam, accipiendum erit αὐτῶν pro τῶν τῆς χώρας μοιρῶν. Aut si αὐτῶν ad τοὺς ὁριστὰς agrorum definitores redit, necesse sit sic legi. ὥστ' οὐ τοῖς συνωνησαμένοις εἶναι πρὸς τοὺς ἀντιποιησομένους, ἀλλὰ τοῖς ὁρισταῖς ὑπὲρ αὐτῶν τὰς κρίσεις. quo redemtores huiusmodi fundorum necesse nil haberent causam agere aduersus petitores, si qui sint exstituri, sed ipsorum loco, causam eorum acturi sint ipsi agrorum definitores aduersus petitores.

9. προσιὸν emendaui ex auctoritate Sylburgii, cuius ad h. l. annotatio, ex Hudsoni editione exsulans, haec est. [Malim προσιὸν [nam vulgo legitur προϊὸν] vt mox versu 44. dicit πολλὰς οἴσουσι προσόδους. *multos prouentus.*]

1687. 7. f. διδάξομεν.

10. post ἔχων deesse videtur οὐδὲν ὠφεληθήσεται, *nullum eius fructum*

fructum sit percepturus, aut tale quid.

1687. 11. f. ὅτι μὴ τὸν γείτονα.

1688. 1. τὸ de meo addidi.

2. ἔστι ὅτε facile posse defendi, nullus equidem dubitem, quamquam nescio, an huius dictionis nullum vsquam exstet exemplum. fui tamen in auctoritate codicum inter se h. l. consentientium. veruntamen eo nondum persanatus est hic locus, sed mea sententia sic erit leg. ἕκαστον εἰσφέρειν, τεθλιμμένον ἐστὶν ὅτε τῷ βίῳ, καὶ ἔτι μᾶλλον — ἐπιβαρησόμενον [id est βαρυνθησόμενον.]

6. malim sic legi. Ἄππιον μὲν οὐ νῦν ἐγὼ ἄρχομαι πρῶτον ἐπαινεῖν. Ego equidem nunc primum laudare Appium non incipio. id quod patet ex illis versu 11. ἀεὶ γὰρ αὐτὸν ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων διατελῶ.

14. ταύτην] malim τὴν αὐτήν.

vlt. aut προστιθεὶς in praes. aut προσθήσων in futuro.

1691. 3. οὐδὲν οὐδ' ἡμῖν] ad hunc modum, arbitratu meo, copulavi lectionem vulgatam cum Vatic.

vlt. recte obseruauit Sylburgius, verba τῶν μὴ τυγχανόντων, non solummodo comparatiue, sed etiam partitiue posse accipi, vt sententia sit haec. Eorum, qui cupitis excidunt, duo sunt genera. Alteris hi, vnde petuntur illa cupita, spem eorum faciunt et promittunt ea indulgenda: alteris nullam spem faciunt, neque condicunt quidquam, sed prorsus et perpetuo denegant. Horum duum generum prius genus multo saeuius est atque importunius, quam posterius. Erit ergo post μὴ κομιζόμενοι subaudiendum ἢ οἱ μηδέποτε μηδὲν ἐλπίσαντες, μηδὲ ὁμολογίαις τισὶν ἐπαρθέντες.

1692. 2. οἰχήσεται δὴ π. φέρων αὐτοὺς] imitatio est loci demosthenici 239. 16. ed. Lips. et 347. 10. ad τὰ πρὸς ἡδονὴν subaudiendum est αὐτοῖς.

vlt. ὑμᾶς διαγνόντας potest ferri, hactenus, vt ταύτην δεῖ subaudiatur. quod licere non infitiabor. malim tamen, vt planius, sic legi: ταύτην ὑμᾶς αὐτοὺς δεῖ διαγνόντας — cum δεῖ cohaeret καταινεῖμαι p. 1693. v. 2. vosmet ipsi debetis eum agrum diuidere, vel distribuere inter siue omnes, siue — Quod autem ὑμᾶς αὐτοὺς *vosmet ipsi* ait, hoc ideo fit, quia paulo post subiiciet: vestri autem in consulatu successores, et decemuiros agris diuidundis nuncupabunt, et SCtum a vobis scriptum effectui dabunt.

1693. 2. f. sic leg. τοὺς δὲ ὁριστὰς αὐτῆς δέκα ἄνδρας ἀποδεῖξαι [subaudi a communi δεῖ, vel φημὶ.] auctor sum, vt vestri in consulatu successores designent, nuncupent, creent illos, quos dico, decemuiros agris diuidundis. Conf. p. 1694. 10.

13. τὸ μὴ στασιάζον ἐν τοῖς προεστηκόσι] Subaudi ὄν. hoc est ἡ ἀπουσία τοῦ στασιάζειν ἐν ἑαυτοῖς τοὺς προεστηκότας.

15. τὴν de meo addidi.

1697. 11. ἐπιβαλόμενος (in

aor. 2.) de meo pro vulgari ἐπιβαλλόμ. in praesenti.

1700. 7. δὲ locum et vim particulae γὰρ h. l. obtinet. quod si quid mutandum sit, malim γὰρ.

1701. 6. ἐπικαλῶν bene habet. ἐπικαλεῖν vsurpant Graeci pro incusare, non minus, quam ἐγκαλεῖν. et quidem recentiores illud etiam magis, quam hoc.

1704. 1. in illo δὲ superiorum editionum latere videtur δηλονότι.

3. τε] malim τέως.

Ibid. malim compositum κατήχθησαν.

1705. 6. hic non sustinui vulgatam Ἑλλήνων cum Ἕλλησι mutare, vt paulo ante feceram, quoniam h. l. dubium est, vtrum omissum sit vocab. κατασταθεὶς, aut καταδεδειγμένος, vel simile quodpiam.

11. Locum hunc neque intelligo, neque expedio. quid enim est ἀφανεῖ δόξῃ φέρεσθαι. ferri, aufferri, agitari, circumagi, opinione, spe vana, rei, cuius veritas nulla appareat. videtur illa quidem esse loci sententia, eos designantis ciues, qui se ludendos atque ductitandos praebuissent vanis pollicitationibus patrum. Verum quid tum est βίῳ φέρεσθαι? quis hoc explanabit? videtur vtique leg. esse καὶ τῷ βίῳ στενοχωρούμενοι, vel simili modo. nam dictio εἰς ταπεινὰ cohaeret cum συνεστάλησαν. Dices, ἀφανῆ δόξαν esse vitae obscuritatem, conditionis ignobilitatem. Probabimus tantisper, tametsi improbabile est. Quid tum erit φέρεσθαι ἀφανεῖ δόξῃ, et φέρεσθαι ἀφανεῖ βίῳ? Potestne δόξα pro δοκήσει, vel ἐλπίδι accipi? Num φερβόμενοι leg. est, *obscura et dubia spe pasti?*

1708. vlt. f. οὐδεμία οὐδενὶ ἔτ' ἦν φροντὶς.

1709. 3. εἰς τὴν πόλιν] Designat Antium. v. p. 1708. 6.

1710. 1. malim διανομῆς in genitiuo, vt referatur ad ἐλπίδα.

13. παρὰ τοῖς ἐπιφανεστάτοις et ἔχουσι de meo dedi pro vulgari περὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους et ἔχοντας.

1713. 5. malim aut ὅρων, aut ὁρίων. ad confinia agrorum, vel regionum.

1714. 3. εὐταλαίπωρον de meo dedi, pro vulgari ἀταλ.

1715. 15. si περὶ, quod hic est in vulgatis, seruatur, necesse est, vt pro τραπόμενοι deinceps legatur στρευγόμενοι, *morantes, cessantes.*

1717. 3. προσελθόντες dedi de meo pro vulgari προελθ. neque dubito, idem voluisse Sylburgium annotare. nam in texto curauit huic vocabulo eam notam apponi, quae ad annotationes in calce voluminis subiectas remittit. quamquam ibi nihil ad h. l. annotatum reperio.

1719. vlt. f. τοῦ ὑπάτου τε καὶ τῆς ῥωμαϊκῆς.

1721. 1. ἐκεῖ πίσυνοι aut cum εἰκῆ πίσυνοι est commutandum, aut cum ἐπιπίσυνοι, duobus vocabulis in vnum contrahendis.

7. ἐμπίπτουσιν si bene habet, est pro συμπ. aut ἐπιπίπτ.

10. δὲ dedi de meo pro τε vulgari.

1721. 10. γε dedi de meo pro vulg. τε.

14. aut τέως, aut ἤδη delendum est, vtrumque enim idem significat.

1722. 13. κεχαρισμένοις, in datiuo, vt referatur ad οἷς, dedi de meo, pro vulgari κεχαρισμένοι (in nominat.)

1723. 3. ὑπὲρ raro modo hic vsurpatum est pro *loco, in locum.* quomodo in illo Paulino βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. cum decessissent vita prius, quam vndis lustralibus expiarentur, si qui paganorum Christianis sacris nomen dare voluissent, amici defunctorum superstites loco et nomine eorum coerimoniam hanc in suis corporibus peragi sinebant, quo defuncti ipsi pro expiatis haberentur.

12. κατὰ πλῆθος] magno numero, denso agmine. sed legi quoque possit κατὰ πλήθη. cateruatim. per globos.

1724. 13. ἔνθα de meo dedi (*vbi*) pro vulg. ἐνταῦθα (*ibi*) et distinctionem correxi.

1726. 2. f. καίτοι δόξασα εἶναι καὶ μόνη ἀποχρῶσα. quamquam visa fuit vel sola sufficere ad distrahendum ciuitatem discordiis.

5. bene habere videtur h. l. vulgata. κατέχειν h. l. est κρατεῖν, ἐπιπολάζειν.

vlt. ἐπὶ τῆς στρατολογίας τοῖς τεταγμένοις bene si habet, idem est atque si dixisset consueto vocabulorum ordine, τοῖς ἐπὶ τῆς στρατολογίας τεταγμ. constitutis vel delegatis ad milites conscribendum, vt paulo ante v. 6. dixerat ἐν Γαλατίᾳ τὰ στρατόπεδα, pro τὰ ἐν Γ. στρατ.

1728. 2. ἔδει de meo dedi pro ἐδόκει vulgari.

4. παρὰ dedi de meo pro περὶ.

15. τιθεμένου idem est h. l. atque οἰομένου. idem est atque si dixisset νομίζοντες, εἰ νικῷεν οἱ σφέτεροι, οὐδένα ἄλλον τούτου αἴτιον εἶναι, ἢ μόνον ἑαυτόν. v. p. 1780. 10.

1729. 1. πρὸς de meo dedi, pro vulgari περὶ.

5. μένειν] subaudi ἐν ταὐτῷ, vel ἐν τῷ βεβαίῳ καὶ ἀκινήτῳ.

Ibid. προβολὰς de meo dedi, pro vulgari προσβολάς. cum scuta praegrauantia non sinerent in eodem (loco statuue) manere proiectiones scutorum. h. e. cum Romani non possunt diutius scuta tenere firmiter proiecta. τετραμμένων bene habet. cum retusae ensium acies seu mucrones essent, *sich umgelegt hatten.* Est idem atque ἐστραμμένων, aut κεκαμμένων. a κάμπτειν, v. p. 1799. 14.

6. ὅλων, an ὅλως, videtur non multum interesse.

10. πνίγει, ὥρα ἔτους] bene posse defendi videtur. in aestu suffocante, tempestate aestatis praeferuida.

1730. 4. post μηδὲν videtur ἠθέλησεν deesse.

vlt. οἳ] malim ὅτι.

1731. 12. verba sic struxi arbitratu meo: ἐν φανερῷ ἀπέκτειναν, καὶ παραχρῆμα μετὰ τοῦτο. vulgo sic iacent: ἐν φανερῷ παραχρῆμα ἀπέκτειναν καὶ μετὰ τοῦτο.

1734. 10. ἐκ dedi de meo pro vulgari ἕνεκα. praeterea malim

lim quoque καὶ ὁ μὲν δῆμος legi. cui μὲν respondebit δὲ p. 1735. 1.

1736. 2. malim ἐπαγόμενοι. est quidem hac in re compositum hoc frequentatius, quam simplex.

14. κοινὸν] num καινὸν, nouum bellum.

1737. 5. οἱ de meo addidi.

AD LIBRVM IX. ARCHAEOLOGIAE ROMANAE DIONYSII HALIC.

1738. 6. post ὁ δῆμος deesse videtur διετέλει. verum verbo γνωσιμαχεῖν Dionysius h. l. abusus est, vsurpans id sensu diverso a communi. Nam vulgo significat repugnare suaemet ipsius sententiae, mentem mutare, hic autem valet, aduersari voluntatibus alienis.

1739. 13. Num simplex ἐξήνεγκαν tantundem valet atque γνώμην, vel ψῆφον ἐξήνεγκαν.

1740. 8. f. συγχωρήσειν ἔτι οὔτ' ἐπὶ προφάσει τῶν πολεμίων (hostium) πολέμων.

1741. 5. πράττῃ de meo dedi, item versu 6. μὴ κωλύῃ, pro vulgaribus πράττειν et κωλύειν, sine μή. et qui illa non impediat, illis haud intercedat, quibus ille [Spurius Icilius] aduersetur.

1742. 12. κωλύσειν de meo dedi, pro vulgari κωλύειν.

1743. 12. δὲ de meo dedi, pro vulg. τε.

14. στρατείας item pro vulg. στρατιᾶς.

vlt. ἐπὶ rursus expunxi, quod a Vaticano et ab edit. Stephani abest, et quod si teneatur, tum necesse sit καὶ ante εὔπορον addi.

1744. 4. ἐπὶ τυραννίδι de meo dedi, expuncto τῇ, quod vulgatae interponunt.

7. ἐν πρέποντι] praepositionem de meo addidi. constructio haec est: ὅσα ἔδει κατασχεῖν χρησαμένους τῷ προθύμῳ καὶ τῇ ἐν πρέποντι βίᾳ.

8. ἀντιπολεμίων de meo dedi, pro vulgari ἀντιπολέμων. non enim ἀντιπόλεμος est hostis, sed ἀντιπολέμιος.

12. f. ἐφυβρίζοντες. nam ὑβρίζειν cum datiuo non construitur, sed cum accus.

vlt. ἐκείνῳ τε] particulam copulantem de meo addidi, admonitus a Vaticano, e quo δὲ refertur. sed procul dubio etiam ibi fuit τε.

1745. 1. ἄξια bene habet. graecis ἄξιον est omne id, quod alii rei aequipollet, cum ea aequiparari potest. ἄξιον βλάβης ergo est id, quod in loco magnae cladis haberi potest.

12. f. κακίζουσί τε τῇ φωνῇ.

vlt. post ἀγαθοὺς videtur ἄνδρας deesse.

1746. 7. malim οὔτε τὰς ἀπειλὰς cum articulo, vt modo dixerat τὰς δεήσεις.

1747. 10. ἐκ παντὸς] num ἐπιστάντες.

1748. 4. in Vaticano et in codd. Stephani videtur fuisse ὡς δὴ πολεμοκρατοῦντες, vno vocabulo, pro quo vsitatius dicitur πολέμῳ κρατοῦντες.

1749. 9. malim ἐπικουρικὸν in nominatiuo.

13. f. ταγμάτων τῶν ἐν ἀπακμῇ, aetatem vergentem agentium. aut τ. τῶν οὔπω ἐν ἀκμῇ, eorum, qui nondum ad virilem aetatem peruenissent.

15. οἱ ὑπὲρ τὸν στρατιωτικὸν κατάλογον sunt quibus emerita sunt stipendia, eoque venia aetatis gaudentes exemti sunt a functione militiae.

1755. 8. si τιμῆς seruatur, pro πρὸς leg. erit περὶ. τῆς περὶ τὸν ὕπατον τιμῆς.

1756. 2. οὐδὲ de meo dedi, pro vulg. οὔτε. quod si seruatur, necessario deerit alterum οὔτε. Sed οὐδὲ cohaeret cum βουλομένους, non cum πεισθῆναι. ne volentes quidem oratione se moveri recta docentium, nedum vt faciles et patulas aures iis praebuerint.

5. f. ἐν τῷ πολλῷ πλήθει.

11. γέμουσιν de meo dedi, pro vulg. γενομένης.

1757. 3. αὑτῶν cum aspero dedi. sese, Romanos, a consulibus prodi querebantur. redit eodem, quo proximum σφίσι.

1758. 5. εἴτ᾽ ἐπ᾽ ἀρετῇ dedi de meo, pro vulgari εἴ γ᾽ ἐπ᾽ ἀρ. ob insequens εἴτ᾽ οὖν. opponuntur inter se duo εἴτε. siue hoc gloriae et virtutis ergo facitis, — siue studio emolumentorum.

12. f. περὶ τῆς οὐκ ἐξόδου. cunctatio exeundi e castris in aciem. de his vocabulis cum οὐκ compositis, vt est οὐκ-ἔξοδος, desidia exeundi, egit Marklandus ad Maximum Tyrium.

1759. 3. μάντεις] subaudi οἱ ταῦτα προειρηκότες.

1760. 14. νῦν, vt otiosum, vncis inclusi.

1762. 9. ἀνδρῶν] num ἀνδρείως, aut ἀνδρωδῶς.

1763. 6. φιλάνθρωπα idem est, atque δῶρα, βραβεῖα. dona, largitiones, munera gratuita.

9. τε, quod in vulgatis pone ἀναβοήσεις legitur, arbitratu meo deleui. aut profecto erit cum μὲν mutandum.

10. ἐπαύσαντο in plurali de meo dedi, pro vulgari ἐπαύσατο. cum desiissent milites vociferari.

1764. 6. malim sic legi atque distingui. φανερός· Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφησεν, ὦ ὕπατοι. vt oratio Flabuleii ordiatur a vocabulis ἐπεὶ τοίνυν, quoniam igitur.

11. ambigo, vtrum ὅσοι δὴ ἐγνώκατε.

14. f. κάρτιστον. non *optimum*, sed *firmissimum*.

1767. 1. num ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν. Q. Fabium, letaliter vulneratum.

1768. 16. num ἀπὸ τοῦ στρατηγίου.

1770. 12. ἐξ ὑπερδεξίων τε χωρίων de meo dedi, pro vulgari ἐξ ὑπερδεξίων τὸ χωρίον.

1772. 4. δὲ de meo dedi, (neque dubito, sic in Vaticano fuisse) pro vulgari τε. refertur hoc δὲ ad μὲν, quod versu 1. e Vaticano addidi.

5. post τοσαύτη deesse videtur δύναμις.

1773. 6. malim ἀνασεσῶσθαι.

1775. 1. f. καὶ τῆς ἄλλης λείας.

1776. 5. malim πολλά τ' [per tau] ἄλλα.

1778. 2. ἀνασκευάσασθαι de meo dedi, vel potius ex auctoritate Vaticani, in quo nullus dubito id idem fuisse, quamquam operae Hudsoni vitiosam lectionem illinc retulerunt. vulgatae dant ἀνασκευάσαντες.

1780. 1. προκειμένων h. l. idem est atque προκαθημένων. praesessuris, praesidatum acturis. Sed pone ἑκουσίων dubito, desitne πολλῶν, quasi, si qui sint, non certe permulti sint futuri. qui vltro partes praesidendi in se suscipiant.

3. duo Fabii sunt M. Fabius versu 12. et Fabius Caeso p. 1781. 1.

13. pro ὁ malim ὃς, et καὶ post ἔτει malim omitti.

1781. 5. αὐτοῖς] Veientanis puta. possit quoque cum aspero legi αὑτοῖς. sibi Fabiis.

6. φυλάττεσθαι τοσαύτῃ στρατιᾷ idem est ac si dixisset ἱκ. φ. ὑπὸ τοσαύτης στρατιᾶς. alias si e vetusta lectione τοσαύτην στρατιὰν serues, leg. erit φυλάττειν in actiuo, quod custodire et tueri posset copias tantas.

11. θάτερα μέρη] articulum τὰ, quem vulgatae interponunt, arbitratu meo omisi.

1782. 10. εἰσαγομένοις me quidem non offendit. potuisset εἰσάγεσθαι quoque dare, vbi subaudiendum esset e communi δυναμένοις. sed vulgata prorsus idem dicit. neque merces aliunde importandas valentibus nancisci penes se importatas.

1783. 3. num ἐκείνως, *hoc modo*, leg. est, in aduerbio. aut ἐκεῖνος οὕτως ἐτελεύτα.

10. f. τὰς ἰδίας δυνάμεις.

14. ἐκπεπολεμῶσθαι de meo dedi, pro vulg. ἐκπολεμεῖσθαι. differunt istaec. ἐκπολεμεῖν est debellare, bello domare. ἐκπολεμοῦν ad arma capessendum incitare.

vlt ἀποστέλλειν de meo dedi, pro vulg. ἐπιστέλλειν.

1786. 6. γενομένου (in aor. 2.) dedi de meo, pro vulg. γινομ.

9. aut ὅπου δ' οὐκ; ἀποβαίνων, aut ὅπου δ' οὔ, καταβαίνων. ambae lectiones videntur olim in libris Dionysii fuisse versatae, et tum confusae esse. Non videtur verbum graecum esse ἀποκαταβαίνειν, perinde atque latine dici nequit *adescendere*, vel *dedescendere*.

1787. 7. f. ἐν τῇ μάχῃ ταῖς ἐκπρεπ.

8. ἐγκαταληφθέντα (per η) de meo dedi, pro vulgari ἐγκαταλειφθ. per diphthongum.

vlt. ὑπεραγάμενοι de meo dedi, (ab ἄγασθαι) incredibilem in modum exosculantes, magnique facientes et venantes atque adamantes, pro vulgari ὑπεραγόμενοι. Malui hoc, quam ἐπαγόμενοι, secum vehentes, gestantes, quod cum a sententia non abhorreat, et cum ἐπὶ στρατοπέδου optime consentiat, tamen cum οἴκοι non videtur constare posse.

1788. 9. τοὺς πρεσβευτὰς] articulum, quem vulgatae praeponunt, arbitratu meo expunxi.

1789. 11. ἄλλων] aut ἄλλην, aut ἄλλως malim.

Ibid. πιστὸν τοῖς de meo dedi, deleto

deleto ἐν, quod vulgatae interponunt.

1789. 16. f. καὶ αὐτὸς ταύτας. quo respiciatur ad simile Cassii factum, de quo v. p. 515. edit. Hudſ. vulgata, si seruetur, hanc subiiciat sententiam, ab Aemilio iam antea alias quoque similes inducias cum Veientanis esse initas. quod secus est.

1790. 6. ὡς e Vaticano si adsciscas, leg. videtur esse ὡς οὐ δικαίως ἀχθομένης.

9. καὶ ἀπαιτῶσι] videtur hoc καὶ vtique seruandum esse. idem est ac si dixisset ἅμα τῷ ἀπαλλαγῆναι πολέμων, καὶ ἀπαιτῶσι. *etiam flagitent.*

10. f. φεναχ. nam ἔτος, quod Vaticanus additum habet, recipere ausus non sum, non bene graecum esse visum. planius vtique foret dictum εἰς πόσον, aut saltim sine praepositione πόσον ἤδη ἔτος. *quotum iam in annum?* Nam πολλοστὸν plane non conuenit, efficiens abhorrentem sententiam. amplexus ergo sum arbitratu meo ποσὸν ἤδη ἔτος φεν.

11. post ὅμοια videtur συνείρας deesse.

1791. 9. μερίσηται bene habet. subaudi ὁ δῆμος. donec plebs inter se distributos tulerit agros.

1792. 13. ἐπιστειλάντων de meo dedi, pro vulgari ἀπος. ab ipsis Fabiis per eorum nuncios et literas certiores facti.

1794. 8. αὐτοὺς de meo dedi pro vulg. αὐτοῖς.

1795. 4. ὑπὲρ de meo dedi, pro vulg. περὶ.

1796. 7. σκοπιὰς de meo dedi, pro vulg. σκοπὰς.

1800. 5. f. καὶ οἷς [id est ἐνίοις] περικυλίοντες. vbi οἷς cohaeret cum συνεφύροντο.

1801. 11. ὑπὸ τοῦ πλήθους de meo dedi, nil dubitans, in Vatic. quoque sic fuisse.

1802. 14. si εἰ μὲν οὖν serues, tum in fine versus pro ἀλλὰ leg. erit ἅμα.

1803. 8. cum semel τὸ δὲ e Vatic. recepissem, necesse fuit, vt e παραστῆναι versu 10. efficerem παραστῆσαι. alias, si e τοῦ δὲ vulgari effecissem ἐκ τοῦ δὲ, potuisset παραστῆναι stare. et paene magis in hanc vergo lectionem. ἐκ τοῦ δὲ — παραστῆναι.

1804. 16. αὐτῇ] quo redit? ad πόλει, an ad ἡμέρᾳ.

1805. 15. dubito de ἐξόδους, an ἐφόδους.

1808. 7. verba οἷα δὴ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δρᾶται ὑπὸ λαμπάδων καὶ ἀπὸ τεγῶν τοσούτων τὸ πλῆθος videntur parentheseos signis esse includenda. nam δρᾶται ὑπὸ λ. leg. videtur, non δίαιταί τε ὑπὸ. quemadmodum fieri solet nocte et in obscuro a lampadibus et e tectis tot numero.

1809. 9. f. τότε δὲ δή.

17. καὶ δὴ ἀνέπνευσαν. tum demum libere coeperunt respirare.

1810. 5. bene haberet παρὰ, si ἐξεταζόμενος abesset. Sic vero leg. est πρὸς. v. p. 1818. 8.

1811. 9. f. κατὰ πλήθη, turmatim, gregatim, cateruatim.

11. ἀποκειμένας, reconditas, reseruatas, in cellis futuros ad vsus

vſus ſepoſitas. ſic dedi de meo, pro vulg. ἐπικειμ.

1812. 8. ἀναστροφὴ h. l. bene habet, ſignificans *receptum, otium, perfugium*, h. e. tempus amplius, ad comparandum bello neceſſaria per otium.

1817. 6. aut omittendum eſt cum Vaticano τῶνδε, aut cum τῆδε mutandum, hac ratione, aut cum ὧδε.

14. τοῦ πολέμου] malim τῆς πολέμου. nam τῆς hoc iteratum cohaeret cum λαβούσης, et πολέμου caret articulo. alias ſi τοῦ ſeruetur, et στρατηγία πολέμου ſit imperium in bello, praeſtet, non λαβούσης, ſed λαβόντος legi.

1819. 1. καὶ ὅμως τοῦτο, et nihilominus tamen hoc —

1820. 4. ἐποχῆς bene ſi habet, ſignificat *inhibitio, repreſſio*, vt e. c. aqua ἐπέχεται, cui negatur defluxus ad te, quam non ſinunt ad te promanare.

1821. 4. f. ὅθεν ἠγανάκτουν.

8. emendaui locum hunc, hunc, partim melius diſtinguendo, partim e libris τοῦ adſciſcendo, partim de meo emendando ὑφ' ὧν pro vulgari vitioſo σφῶν. vulgatae ſic circumferunt παρὰ τὰ δεινά, δειλίας τε καὶ ὄκνου· καὶ τῷ μηθὲν — τοὺς ἡγεμόνας σφῶν ἐλευθερία — Verum tenendum 1) δειλίας τε καὶ ὄκνου non cohaerere cum κατηγορίαν. 2) τε, quod poſt δειλίας legitur, idem valere atque καὶ. quo ſumto, conſtruamus ſic: καὶ ἐλογίζοντο τοὺς τοιούτους ἀγῶνας αἰτίους ἔσεσθαι δειλίας, καὶ ὄκνου, καὶ τοῦ μηδὲν ἔτι καινουργεῖν τοὺς ἡγεμόνας. et cogitabant ſecum, (id quod erat conſentaneum eos ſic cogitare) huiuſmodi certamina forenſia creatura eſſe pauorem et cunctationem, et verecundiam imperatorum nouum aliquod, et extraordinarium atque anceps facinus audendi. ἀφ' ὧν — quibus a vitiis, pauore puta, et cunctatione et verecundia, perit libertas et omne imperium militare conuellitur.

1822. 13. καταχεάμενος (in aor. 1.) de meo dedi, ob inſequens αὐξήσας, pro vulgari καταχεόμενος in praeſ.

1823. 8. δόξαιμι γὰρ ἂν οὐ σὺν δίκῃ] nam ſi cauſa indicta moriar, facile videar per nefas ſublatus. duas particulas ἂν et οὐ de meo addidi.

1824. 9. ἀρχῆς, quod in vulgatis pone ὑπαίθρου legitur, arbitratu meo ſuſtuli. nam ad ἡ ὕπαιθρος non ſubauditur ἀρχή, ſed χώρα.

1825. 6. εὐτυχῶς, ſiue cum ἀποθανεῖν, ſiue cum ἀγωνιζομένοις copuletur, bene habet. feliciter moritur, qui mortem oppetit glorioſam pro patria dimicans, ſuaque morte patriam defendit et liberat. feliciter pugnat, qui metam eandem conſequitur, vt nempe fortunas ſuas patriaeque ſalutem et decus tueatur.

1826. 14. f. τυχεῖν παρ' ὧν ἔδει, aut τυχεῖν ἐφ' οἷς ἔδει, κἂν μηδὲν ἄλλο [ſubaudi δεινὸν] προσῇ, μεγάλη.

1827. 13. προελόντες] imo vero πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες.

1833. 12. νῦν δ' ἡ τὰ τ.] ſic de meo dedi, pro vulgari νῦν δὲ τὰ τ.

1833. 13. πλεῖν de meo addidi.

1834. 5. de προσκυλισμοῖς amplio. προκυλινδεῖσθαί τινος dici noui, non προσκυλινδεῖσθαί τινι.

1836. 3. τὰς δυνάμεις de meo dedi, expungens τε, quod vulgatae interponunt.

7. περιμένοντες] imo vero οὐ περιμ. haud exspectantes.

1840. 15. ἀπορίᾳ bene habet. ob tarditatem et perplexitatem consilii. *aus Unentschlüssigkeit.*

1841. 6. τούτων de meo dedi, pro vulgari τούτῳ.

1845. 9. πολιτεύματα καιρῶν sunt coepta, instituta, conductiones rerum ciuilium, a temporum iniquitate ab inuitis expressa, temporum praesentium atrocitati cedendum atque seruiendum esse ducentibus, quo ne contumacia repugnantiae maius malum consciscatur.

1846. 9. ἐν ἀκμῇ seruandum duxi. robore, potentia, auctoritate, efficacia tum pollentes. sed pro τότε ὄντας, quod est temporis praeteriti, malim τοὺς ἀεί ποτε ὄντας. quod est futuri. qui vsquam essent in potentia futuri.

1847. 10. malim πρὸ τῆς δίκης.

1850. 13. ὁ περὶ] scil. ἀγών. quod vocabulum ex insequentibus hic tacite est subaudiendum. Sic de meo dedi, pro vulgari ἡ περὶ.

Ibid. μείζονα τὸν] sic rursus de meo dedi, pro vulgari μεῖζον διὰ τόν.

1851. 2. ad ἐπιβάλλειν aut adde, aut subaudi certe τὰς χεῖρας.

7. παρ' αὐτῶν aut ad τῶν ὑπάτων potest referri, aut ad τῶν βουλευτῶν. si quid mutandum sit, malim παρ' αὐτῆς, scil. τῆς βουλῆς. quod praecessit.

1852. 6. καὶ οὖν μετ' οὐ πολὺ] sic de meo dedi, ideoque non multo post, pro vulgari καὶ οὐ μετ' οὐ πολύ. poterat quoque prius οὐ prorsus tolli, aut in eius locum δὴ suffici.

7. ἡ καλουμένη] articulum de meo addidi.

8. μάλιστα δ' εἰς] particulam aduersatiuam item.

16. aut ἀπώλεσε leg. aut ἀπολώλεκε in actiuo.

1855. 4. ἱερέων de meo dedi, pro vulgari ἱερῶν.

1856. 13. ἐχομένης ex eo natum est, quod aliis in libris ἐχόμενα legeretur, sine μηνύματα, in aliis hoc, sine illo. volens ergo aliquis, cuius in codice exaratum esset μηνύματα, annotare, aliis in libris loco huius vocabuli legi ἐχόμενα, superscripsit hoc, et sic nata est vitiosa vulgata lectio, ἐχομένης μηνύματα.

1857. 8. aut οὐ deleri velim ex auctoritate Vatic. aut cum οὐδὲν permutari.

10. verba οὐκ ἄλλο τι τῶν δοκούντων κουφίζειν τὴν νόσον aberrarunt a sede sua, quo sunt reuocanda, et pone τότε προσωφέλουν versu 8. inserenda.

1858. 11. f. sic est distinguendum et leg. ἐναντιωθέντος. ὃν καὶ αὐτὸν —

1859. 7. aut Sylburgio est obsequendum, aut περὶ ταῖς ἔξω στρατείαις in datiuo leg.

14. num ὑπὸ πάντων ἐπιφανῶς φθονουμένης. nam ἐπιφθονεῖν verbum graecum esse non videtur, tametsi ἐπίφθονος bene graecum est.

1863. 6. συνύπατος αὐτῷ recurrit p. 1914. 13. 1921. 16.

1866. 3. καταλείποντες, in praesenti, dedi de meo, ob circumstantia, pro vulgari καταλιπόντες in aor. 2.

1867. 6. χαρίτων] gratiarum, h. e. officiorum, studiorum, quibus homines liberales et ciuiles, aut mutuo amantes, alii alios promerentur atque demerentur. *Liebesdienste, Gefälligkeiten.*

11. περίεστιν] hunc fructum ferimus contentionis nostrae, hoc nobis superest, vel reliquum est. *das haben wir davon.*

1868. 2. pone λογισμὸν videtur εἰς οὐδὲν ὄφελος deesse, vel ἠνάλλως, vel μάτην.

11. οὐδ' ἐν τούτῳ de meo dedi, pro vulgari οὐδὲν τούτων. In Vaticano videtur fuisse οὐδ' ἐν τούτοις.

1870. 11. f. ὃς οὐκ ἔτι τὴν κουριάτην ἐκκλησίαν, ἀλλὰ τὴν φυλετικὴν ἐποίει τ. ψ. κ. non iam amplius curiatis, sed tributis comitiis potestatem suffragandi daret.

1872. vlt. ἐκτρέπεσθαι videtur seruandum. de via decedere venienti, locum dare, reuerentiae ergo.

1873. 14. πρῶτος ἐπιτυχὼν] qui forte fortuna tum primus erat, stans in fronte agminis.

1878. 13. συνεξελθοῦσα de meo dedi, pro vulgari συνελθοῦσα.

1880. 6. f. τῇ πατρίῳ κατὰ τῶν.

1883. 3. συναιρεῖσθαι de meo dedi, ob praemissum προθήσειν, pro vulgari συναίρεσθαι. lectionis e Vaticano proditae vitium eodem ducit, neque dubito, id ibi fuisse, quod reposui. pro genitiuo item τῆς ἐπικυρώσεως malim datiuum τῇ ἐπικυρώσει τοῦ νόμου.

1884. 5. ὑπὸ τῆς βουλῆς] articulum de meo addidi.

9. οἰκούρων] num οἰκῶν. post ἀργὸς, aut post νῦν, deesse videtur καθῆσθαι, desideat.

13. χρήματα ἀλλότρια ἐργάζεσθαι μισθοῦ significat (si Dionysius hanc dictionem vsurpauit) aliena aera mercenaria opera sua merere. suspicabar aliquando χρημάτων, πρὸς ἃ μισθοῦ ἐργ. ex alienis numis, pro modo laboris mercenarii, quem exantlant.

14. post διατρεφομένοις deesse videtur ἀνάγκη.

16. f. καὶ οὐδενὶ εὐτυχῆ.

1885. vlt. λαχόντες de meo dedi, pro vulg. λαβόντες. quod si serues, addendum erit τὴν ἀρχήν.

1886. 7. nisi Vaticani magna penes me esset auctoritas, cum Sylburgio emendassem τοὺς δέκα γεωμόρους. sunt iidem, quos supra γῆς μεριστὰς et ὁριστὰς agrorum diuisores et terminatores appellauit.

1887. 11. f. δοκοῦν νῦν ἔτι, id quod adhuc quidem videtur minutum esse.

12. post ἀπόροις videtur μεταδίδοναι deesse.

14. f. καὶ μέχρι παντὸς προϊὸν. et in infinitum procedens.

1888. 13. οἱ ἐπίσκηνοι sunt homines tabernarii, sessulariis et aliis talibus sordidis artibus dediti, qui sedentes in tabernis meritoriis, (*Buden, Kramladen, Gewölbern*) siue in foro exstructis, siue priuatis in domibus per angiportus, opera sua parant, aut fabrefacta iam venum exponunt et vendunt. *Krämer, Handwerksleute.*

1889.

1889. 2. πλείονα (in accuſ. plurali generis neutrius) dedi de meo, pro vulgari πλεῖον.

5. f. σύμπασαι πάντων βασιλέων.

6. ὁράσομέν γ' εἰ καὶ ταῦτα] ſic partim e Vatic. partim de meo dedi. γε meum eſt, pro vulgari τε. καὶ eſt e Vatic. pro vulgari γε.

1890. 3. κλέος de meo dedi, pro vulgari πάθος.

1892. 2. probo Stephani ἀνέχεσθαι, tolerare, perferre. ſed tum εὐπειθῶς quoque erit leg. in aduerbio.

3. λαβόντα eleganter redundat. latine quidem reddi nequit. at nos Germani conuenientiſſime dicimus. *nehmen ſie und kehren ſie um.* ſimile notum φέρων.

1894. 10. διεχρήσατο de meo dedi, pro vulgari διεχειρίσατο. v. p. 1853. 5.

1901. 1. recte habet ἐπαγγελθῆναι, *imperaretur.*

1902. 8. δὲ de meo dedi, pro vulg. τε.

1903. 7. δὲ, quod vulgatae ad τελευτῶν addunt, ſuſtuli, et ex ὃ, quod eſt in vulgatis, effeci ἃ ob ἀληθῆ. alias leg. eſſet ἀληθές.

1904. 7. ὅμοια] ſcil. τοῖς ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης.

1905. 5. e vulgatarum τέως malim τελέως effici, et pro καὶ ὥρα legi περὶ ὥραν.

14. ἅμα ſtare poterit, ſi verſu vlt. lectionem Vaticani optes, καὶ (ἦν γάρ τις—) εἰς τοῦτον ἀνατρέχουσιν.

1906. 16. ἐγκατελήφθη de meo dedi, pro vulg. ἐγκατελείφθη.

1909. 2. οὐκ ἄγαν ἀσπαστὴ τοῖς π.] ſic dedi de meo, pro vulgari οὐκ ἀγὼν πᾶσι τοῖς π. Poterat etiam e πᾶσι effici ἀγαστὴ eadem ſententia.

4. γε dedi de meo, pro vulg. τε. poterat etiam δὲ ſuffici.

7. ἀποσταλέντες] ſubaudi γεωμόροι, decemuiri coloniae deducendae.

1910. vlt. f. ὅταν τις παραγγέλλῃ, vbi quis imperet, (cui ſcil. imperandi poteſtas ſit.) ſic de meo dedi, pro vulgari ὅτε ἂν αὐτοῖς παραγγ. Sed στρατιὰς (in plurali) tenendum eſſe docet inſequens αὐτάς.

1911. 11. καὶ τεταγμέναις] copulam de meo addidi.

1912. 6. πρεσβευτὰς δὲ] ſubaudi a communi tacite repetendum ἐψηφίσαντο πέμπειν.

1913. 1. ἐκδότους αἰτεῖν] qui poteſt? prius poſtulantur, tum traduntur, non traditi iam poſtulantur. ſine dubio leg. ἐκδότους παραλαβεῖν.

6. ἐν τῷ πεδίῳ] has voces h. l. non intelligo.

1914. 12. f. Λατίνων.

1919. 3. malim ἐπὶ τῇ βουλῇ, vel ἐπὶ τῆς βουλῆς.

11. ἔποικοι ſunt Romani, Antium velut in coloniam haud dudum ante deducti, quo veluti praeſides et ſpeculatores Antiatum eſſent ad defectionem pronorum.

1922. vlt. οὐκ ἔμενον] non cunctabantur, non exſpectabant. particulam infitiantem de meo addidi.

1923. 6. ſi τοξοτῶν ſeruatur, pro ἀπὸ adſciſcendum erit ὑπὸ, et ſubaudiendum ἀφιεμένων ex inſequentibus.

vlt. num ἐκφερόμενος.

1924. 6. illa κατὰ μέσον, quae in vulgatis pone κύκλῳ addita leguntur,

guntur, si locum habere debent, inserenda sunt pone σφετέρων versu 9.

1927. 10. τὰς ἐσχάτας ἔσχον ἐκεῖθεν ἀπαλλαγάς] Postremae invasionis exitum haud habuere prosperum. Sic de meo dedi, pro vulgari τὰς ἐσχάτας ἔσχον, ἐκεῖθεν ἀπαλλαγέντες.

1928. 5. ἐπ' αὐτοὺς] Aequos puta. vt συνέῤῥεον colonos Romanos significat. ψιλῇ ὁπλίσει significat item hos colonos Romanos. πρὸς ἄνδρας autem Aequos toto corpore armatos. ἔχοντας ἐν φυλακῇ more loquendi Dionysio proprio significat idem atque ἔχοντας τὰ σώματα ὅπλοις κατάφρακτα.

Ibid. συχνοὶ διεσκευασμένοι ψιλῇ ὁπλίσει] Sic de meo dedi, pro vulg. συχνοὶ ἤδη διεσκεδασμένοι, ψιλῇ ὁπλ. Vaticanus neque ἤδη, neque διεσκεδασμένοι agnoscit. sed posterius leniter, vt feci correctum seruari debet. ἤδη factum est ex οι (in συχνοὶ) et δι (in διεσκευασμ.

7. τε bene habet, neque cum δὲ est mutandum. non enim respondet illi μὲν, quod versu 4. legitur. nam illud μὲν plane caret apodosi.

1931. 14. μὲν de meo dedi, et δὲ proximo versu ex auctoritate Sylburgii. vulgatae vtroque loco τε dant.

1932. vlt. ego Stephani lectionem ὃς reuocaui, cui Sylburgius, festinatione deceptus, ὡς substituerat, non animaduertens, ad ἐγγὺς ὢν subaudiri e proximo tacite repetendum ἔτυχε.

1934. 11. pone αὐτῆς addendum videtur ἐστὶν. v. p. 1935. 5.

1935. 8. in Vaticano videtur fuisse προσκεχωμένον. (a χωννύναι) murus ille geminus erat. facies extra vrbem erat saxis exstructa; et sic quoque altera muri facies, ad vrbem versa. Sed intercedebat vastum cauum, quod exaggeratum, seu oppletum erat humo infusa, seu aggesta. id est aggere terreo. De συνεχόμενον dubito adhuc, seruandumne sit, an praestet cum συγκεχωμένον mutari. *verschüttet, zugeschüttet mit Erde.*

1939. 2. aut sic leg. videtur: ἐν ᾗ τὸ πολὺ καὶ ἄνοπλον ἦν καὶ κινδύνων ἄπειρον. aut sic: ἐν ᾗ πολὺ καὶ τὸ ἄνοπλον ἦν καὶ τὸ κινδ. ἄ. praefero tamen priorem rationem.

5. ἀλαλαγμὸν et κτύπον malim, vtrumque in accusat. singul.

1941. 11. f. καταβαίνουσαν ἀπ' ὄχθου.

1942. 7. ἐπὶ τεθρίππου de meo dedi, sine articulo τοῦ, quem vulgatae interponunt.

10. ταμεῖα] videtur aut βραβεῖα, aut πρεσβεῖα leg. esse, id est γέρα καὶ τιμάς.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



